



10·5·75

GRAECAE ECCLESIAE

VETERA MONVMENTA

EX BIBLIOTHECA MEDICEA

TOM. I.

ΙΟΥΣΤΙΝΙΑΝΟΥ

ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ

ΚΑΙ ΕΥΔΟΚΙΑΣ ΤΗΣ ΒΑΣΙΛΙΔΟΣ

ΕΡΓΑ ΤΑ ΑΝΕΚΔΟΤΑ

IVSTINIANI

MAGNI IMP.

ET EVDOCIAE AVGVSTAE

OPERA QVAEDAM ANECDOTA

NVNC PRIMVM EX MSS. CODD.

BIBLIOTHECAE MEDICEAE

GRAECE ET LATINE IN LVCEM PRODEVNT

CVRA ET STVDIO

ANG. MAR. BANDINI

IVRIS VTRIVSQ. DOCTORIS

SACROSANCTAE LAVR. BASILICAE CANONICI

IBIDEMQVE S. C. M. REGI BIBLIOTHECARI

FLORENTIAE TYPIS CAESARIS

CIϽ . IϽ . CC LXI.

SVPERIORVM PERMISSV.



IMPERATORI CAESARI
FRANCISCO
PIO . FELICI . INVICTO

ANG. MAR. BANDINIVS
DEVOTVS NVMINI MAIESTATIQ. EIVS
DIVTVRNAM FELICITATEM ET IMPERIVM.

IVſtiniani Imperatoris, & Eudociae Auguſtae praeclara haec ingenii monumenta non ingrata futura iis, qui ſacram colunt antiquitatem, OPTIME, AC SAPIENTISSIME CAESAR, ſub Auguſtiſſimis Nominis Tui auſpiciis

in lucem prodire gestiunt. Ecquod aliud universo litterario orbi acceptum magis, atque utile munus Maiestati Tuae offerre umquam poteram, dum certatim Etruscae Musae summis efferebant laudibus IOSEPHI ARCHIDVCIS AVSTRIAE ET MARIAE ISABELLAE REGIAE PRINCIPIS BORBONIAE nuptias, quibus aeterno Caesareae domus splendori, Austriacorum Regnorum, nostraeque felicitati nuper consultum fuit, quam Caesarum praestantissimorum memoriam ab interitu vindicare; curareque, ut ipsorum bene gesta, tam prospero eventu in medium prolata, humano generi ad imitandum proponantur?

Praeterea thesaurus hic pretiosissimus, qui in oblivionis tenebris, omnibus ignotus, per tot annorum secula,

al-

altiſſime defoſſus iacuit; Te unum agnoſcit Dominum, quia in Caeſareae Maieſtatis Tuae fundo a me erutus, & conſilio, atque imperio Tuo in contexendo huius inſignis Laurentianae Bibliothecae Catalogo e latebris in publicam lucem protractus, muniſicentiſſima dextera Tua in populos diffundi maxime gloriatur. Neque enim aequum eſt, inexhauſta, qua polles liberalitate, ac boni publici ſtudio, quae Iuſtinianus Imperator pro Catholica Religione, cuius Tu ſucceſſor in Imperio, ac fidei defenſor exſiſtis, adverſus improbos haereticorum conatus olim conſcripſerat, nec quae ſanctus primaevae Eccleſiae Martyr Cyprianus, tropaea reportavit, a doctiſſima Eudocia Auguſta, elegantiſſimis expreſſa verſibus, ea omnia diutius unius

Bibliothecae anguſtiis, quantumvis regiae concludi. Quod ſi tenui huic noſtro labori, & induſtriae Maieſtas Tua calcar adiecerit, praemio me ſatis amplo beatiſſimum reddet, & ad maiora quae in manibus habeo, animos addet, & accendet.

Interea Deum Optimum Maximum oro, atque obteſtor, ut Auguſtiſſimam Maieſtatem Tuam, una cum Heroina Auſtriaca Coniuge Tua Diva Teresia Avgvsta, ac beata Sobole, populis, quorum tutela, & ſecuritas ſaluti Veſtrae innititur, quamdiutiſſime florentem, & incolumem praeſtet, ut regiam tutam, & imperium ſecurum largiatur, ac pacem, Te Principe pacis amantiſſimo, univerſo orbi firmam, ſtabilem, ac perpetuam eſſe velit. Dabam Florentiae ex Bibliotheca Medicea Kal. Iuniis cIↃ. IↃ. cc. lxi.

LECTORI BENEVOLO
SACRARVM LITTERARVM STVDIOSO
ANG. MAR. BANDINIVS S. P. D.

I. H*Abes in hoc Volumine, amice lector, duo insignia veteris aevi monumenta, alterum videlicet* Iustiniani *Imperatoris Opusculum adversus* Theodorum Mopsvestenum, *ac defendentes iniqua eius dogmata, & Epistolam* Ibae *dictam, nec non* Theodoreti *libros contra Catholicam fidem; alterum celeberrimae* Eudociae *Augustae Poëmatis, quod de Divo* Cypriano, *teste* Photio *tribus libris conscripserat, pretiosissimum* ἀπόσπασμα. *Vt vero facilius quae ab* Iustiniano *in Epistola, quam modo proferimus, doctissime pertractantur, intelligas, rem altius repetendam esse arbitramur, notandumque orthodoxam fidem, quam variis fluctuantem procellis Chalcedonense Concilium providentissimis decretis firmaverat, non multo post, alia exorta tempestate, ob* Eutychianos, Nestorianos, *atque exoletos iam* Origenis *errores, novis fuisse fluctibus agitatam.*

II.

II. *Eutychianus ſiquidem furor, qui cineri doloſo ſuppoſitus latuerat, ubi licuit, e ſuis erupit latebris, ac tres Orientis Patriarchatus, Alexandrinum, Antiochenum, Conſtantinopolitanum vehementer commovit. Alexandriae enim, ac poſtmodum Antiochiae, & alibi, ſtatim ab exceſſu* Marciani *Imperatoris, Chalcedonenſem fidem, legibus, & armis acriter vindicantis, ea ſoluti formidine, quicumque* Dioſcoro *adhaeſerant, ſacrilegum extulere caput; iis facem praeferentibus* Timotheo Aeluro [1], *&* Petro Moggo. *Nec minus Conſtantinopoli infeſtae erant Eutychianorum turbae, primo quidem ſub* Acacio *Epiſcopo, qui* Petri Moggi [2] *in Alexandrina Eccleſia retinenda callidus fautor, ac fraudulentus ſanctae Chalcedonenſis fidei proditor, diu Romanorum curas Pontificum eludere conatus eſt; deinde ſub* Anthimo, *qui abdicato Trapezuntis Epiſcopatu, Conſtantinopolitanum per ſummum ſcelus adripuit* [3].

III.

(1) Ex S. Liberati Archid. Eccleſ. Carthag. Breviario Cauſſae Neſtorianor. apud Labbeum Tom. VI. Concil. edit. Venet. A. MDCCXXIX. Cap. 15.

(2) Liberat. c. 16. 17.

(3) Synod. Conſtantinopol. ſub Menna Act. I.

III. *Quae quum gravissime ferret* Agapetus *Pontifex, qui per id temporis*, Theodati *Gothorum Regis caussa, Byzantium venerat, non modo ab* Anthimo *consalutando se abstinuit* [1], *sed eum, contra* Theodorae *Augustae votum, Patriarchatu deiecit*, Menna *in eius locum, viro integerrimo, ac spectatissimae fidei suffecto. Atque haec quidem acta postmodum recepta sunt tum in provinciali Synodo, quam ipse* Mennas, *praesentibus Apostolicae Sedis Legatis indixit, ac celebravit, tum* Iustiniani *Imperatoris consensu, ac sanctione* [2]: *quibus praeclare gestis, repressa vis quorumdam haereticorum aliquantulum conquievit.*

IV. *Verum non minus Orientem turbaverat Nestoriana haeresis, quam plurimum fovebant libelli quidam a tribus editi auctoribus, quorum primus fuit* Theodorus, *Mopsvestiae olim Episcopus, qui, antea monachus, luxuriae dein sordibusque se totum dederat. Ex quibus quum ipsum D.* Ioannes Chrysostomus, *ea Epistola, quae ad*

(1) Liberat. C. 21.

(2) Inc. Ἡμῖν μὲν ἀεὶ σπουδή. Tom. VI. Concilior Labbei edit. Venet. p. 311. ubi inscribitur: *Tractatus piissimi Imperatoris Iustiniani, missus ad Mennam sanctiss. ac beatiss. Archiepiscopum felicis Urbis & Patriarcham, adversus impium Origenem, & nefarias eius sententias.*

ad Theodorum *lapsum inscribitur, retrahere non valuisset, in perniciosam prolapsus haeresim, ante Ephesinam Synodum, contra* Eunomium, *&* Apollinarem, *Naturae unius in Christo adsertores* [1], *ita scripserat; ut praeter alias blasphemias, unam Christi personam, & Deum carne indutum, & Mariam Dei fuisse matrem* [2] *palam inficiaretur. Itaque Nestorianae segetis, ac lolii seminibus iactis, multa de eo fuerat olim,* Proclum *inter Constantinopolitanum*, Cyrillum *Alexandrinum, &* Ioannem *Antiochenum disputatio. Nestoriani autem damnato* Nestorio, *eius libros* [3] *Catholicis interdictos esse sentientes, ne deesset, unde populus minus prudens Nestorianum haurire venenum posset*, Theodori Mopsvesteni *opuscula, non Graeco solum idiomate, sed Syro, Armeno, ac Persico in turbam dederunt. Hunc vero perditum hominem* Theodoretus *Cyrensis Episcopus, qui duodecim Ephesinae fidei Capitibus a* Cyrillo *conscriptis totidem obiecerat anathe-*

(1) Liberat. C. 20.

(2) Quinta Synod. Const. coll. 4. Iustinian. in Edicto de Conf. fidei.

(3) Liberat. C. 10. Quinta Synod. Const. coll. I. Ep. Iustin. ad Synod.

thematiſmos, *&* Sozomenus, *tot tantiſque laudibus extulerunt, ut hac de cauſſa, uterque magnam ſui iacturam nominis paſſus fuerit*. Theodoretus *etiam, quamvis in Chalcedonenſi Concilio ad poenitentiam, & Eccleſiae communionem receptus, ab Eutychianis, & Haeſitantibus haereticis, de* Neſtorii *erroribus poſtulatus fuit*. Sozomenum eiuſque hiſtoriam, (*inquit S.* Gregorius [1]) Sedes Apoſtolica recipere recuſat, quoniam multa mentitur, & Theodorum Mopſveſtenum nimium laudat; atque ad diem obitus ſui magnum doctorem Eccleſiae fuiſſe perhibet.

V. Ibas *praeterea in Syria Edeſſenae Civitatis Epiſcopus acceſſit, qui ſcripta ad* Marim *Perſam Epiſtola*, Rabulam *carpit deceſſorem ſuum, quod* Mopſveſtenum *anathemate percuſſerit, quem de Eccleſia optime meritum, virumque fuiſſe ſapientiſſimum in multis adverſus haereticos dimicationibus praedicabat; utebaturque blaſphemis* Neſtorii *verbis, quem non ſervato iudiciorum ordine damnatum quoque dicebat in Synodo Epheſina: tum vero, quod* Theodoreto *in communionem recepto, eius tamen*

(1) Lib. VI. Ep. 95.

men scripta adversus duodecim Capita Cyrilli, *quibus* Nestorii *baeresis damnabatur Chalcedonensis Synodus minime proscripsisset. Ex iisdem quoque Capitibus Nestoriani, prolatis ex* Theodoro Mopsvesteno *testimoniis, ut etiam ex ipsius* Theodoreti *adversus* Cyrillum *dissertationibus, baeresim instaurare suam callidissime nitebantur* [1]. *Erat baec Epistola pluribus offendiculo, multosque ad* Mopsvesteni Nestoriique *partes trabebat, quorum impia dogmata continebat. Quod quum renunciatum esset* Proclo *Constantinopolitano Episcopo, ne quid inde detrimenti pateretur Ecclesia*, Ioannem Antiochenum *per litteras sciscitatur, ac rogat, ut* Ibam, *velut ex insidiis scelus anbelantem coërceat. Id facere detrectavit* Ioannes, *ac* Domnus *etiam successor eius; unde res integra defertur ad* Theodosium *iuniorem Imperatorem, &* Flavianum *Constantinopolitanum Episcopum* [2], *quorum ius-*

(1) Ibas illam Epistol m a se scriptam quidem agnovit, sed post initam Cyrillum inter Alexandrinum, & Ioannem Antiochenum pacem, se longe liter sentire professus fuit. Quare Patres Concilii eum, quamvis Epistolam haereticam, multisque refertam calumniis scripsisset, iusto iudicio ab adversariorum calumnia absolverunt, atque ad Ecclesiae communionem merito receperunt. Vid. Baron. A C CCCCXXXII. & A. CCCCXLIV.

(2) Synod. Chalced. Act. X. ex Synod. Beryt.

iussu Photius, *&* Eustathius *Episcopi, coacta Synodo Beryti in Phoenicia, de* Ibae *praesentis caussa dignoscunt.*

VI. *Per id quoque tempus duo monachi novae Laurae (erat id S. Sabae Coenobium in Palaestina)* Nonnus, *&* Leontius *Byzantinus* [1], *quum ex Origenis voluminibus maximos quosque collegissent errores, iisdem omnem paene Orientem inficere satagebant. Horum amentia ne latius manaret in dies, suppliciter petentibus quibusdam monachis Hierosolymitanis* [2], *annuente* Pelagio *Diacono*, Vigilii *Papae apocrisiario, &* Menna *Constantinopolitano Patriarcha*, Iustinianus *Imperator non modo sanctissimis legibus Eutychianos, sed Origenistas etiam severissimo coërcuit edicto, quod fuit postmodum Patriarcharum omnium, ac* Vigilii *Romani Pontificis suffragio comprobatum. In eo, praeter alia illud habetur, ex* Origenis *opusculis* Manetem, Arium, *ac fere plerosque omnes haereticos, tamquam immanissimas feras e caveis erupisse. Id aegre admodum tulit* Theodorus *Caesareae Cappadociae Episcopus, quippe qui* Origeni *a pau-*

(1) Cyrillus Monac. in vita S. Sabae. Imp. Iustinianus in Ep. ad Mennam contra Origen. Nicephorus Lib. XVII C. 27.
(2) Liberat. C. 23.

paucis annis proscripto addictissimus[1] *, secta Acephalus, &* Pelagio *Diacono valde infensus . Vt igitur ea, quae contra* Origenem *gesta fuerant, ulcisceretur, utque imminens Acephalis periculum amoveret, ad Ecclesiae pacem magis magisque turbandam, disputationem de tribus Capitulis excitavit. Pro ea igitur, qua valebat apud* Iustinianum *Caesarem gratia, pacis alioqui Ecclesiasticae studiosissimum, ipsi spem fecerat ineundae cum Acephalis concordiae, si praeter* Theodoreti *scripta adversus* Cyrillum, *Epistola* Ibae *Edesseni, recitata in Concilio Chalcedonensi, tamquam impia reiiceretur, &* Theodorus *quoque illa in Epistola laudatus, tamquam* Nestorii *parens damnaretur.*

VII. *Haec cum suis adseclis conabatur* Theodorus, *sed obstrepebant e contra Nestoriani, eo quod per* Nestorii *libros quum venenum suum populis propinare amplius non possent, id per ea quae* Mopsvestenus, Theodoretus, *&* Ibas *scripta reliquerant, efficere nitebantur*[2]*. Maximas itaque turbas ea tempestate baec tria excitabant Capi-*

pi-

(1) Liberat. C. 23. 24.

(2) Quinta Synod. Constantinopol. Coll. I. Epist. Iustiniani Imp.

pitula. Ea namque probabantur a multis, a plerisque vero, ut impia reiiciebantur. Iustinianus *Imperator absentium sententiam Episcoporum exploravit, qui per litteras gravissime sunt ea Capita detestati* [1]. *Quapropter providentissimus Caesar libello satis copioso, cuius initium,* Εἰδότες ὡς οὐδὲν, κ. λ. *eadem proscripsit, & ab Orientalibus Episcopis damnanda curavit.*

VIII. *Verum non heic substitit haereticorum insania; insurrexerunt enim aliqui impium* Theodorum, *atque iniqua eius dogmata, & Epistolam* Ibae, *nec non* Theodoreti *libros contra Catholicam fidem, missis ad* Iustinianum *Caesarem litteris, propugnantes; quorum improbitatem hoc novo edito Opusculo retundere conatur sapientissimus Imperator, multis SS. Patrum testimoniis, ipsorumque adversariorum verbis in medium prolatis; unde celebris haec Ecclesiasticae historiae pars illustrari maxime potest. Sanctorum vero Patrum sententiae, quibus utitur, hae sunt:* Lucas XVIII. 14. Matthaeus XI. 29. V. 14. X. 29. XXII. 29. Ioannes Evang. I. 14. II. 21. XIV. 23. VI. 54. X. 33. III. 13. XIV. 29. X. 30. Baruch

(1) Facundus Lib. IV. C. 4.

iii. 36. 38. Paullus ad Ephes. iv. 9. Prima ad Corinth. ii. 8. iii. 16. Secunda ad Corinth. viii. 9. ad Hebraeos ii. 9. vii. 3. ad Galat. iv. 4. ad Philipp. ii. 7. Petri Ep. secunda, iii. 16. Gregorius in Serm. 1. de Nativitate Domini bis citatur. Basilius ad Amphil. Cap. viii. Leo Romanus Epist. ad Concil. Chalced. Epist. ad Flavianum. Theodorus haereticus in frag. rel. in Concilio Constantinopolitano ii. Isaias ix. 6. xxxii. 6. vii. 14. Sapient. xv. 5. Psalm. viii. 5. Cyrillus Ep. ad Regin. Eiusdem adversus Confutat. Theodoreti contra quartum eius Capitulum. Eiusdem contra Nestor. Epistola ad Marim Persam in Concil. Chalced. Part. ii. Act. x. Tom. iv. Concilior. Labbaei p. 1574. & in Concil. Constantinopol. ii. Coll. v. apud Labbaeum T. iii. p. 140. Augustinus Episcopus Epist. ad Bonifac. & in Exposit. Symboli. Constitutiones SS. Apostolorum, Africanae Synodi Canon 81. apud Labbaeum T. i. p. 907. Xystus Pont. Ep. ad S. Cyrillum. Theodoret. in Ep. ad Io. Germaniciae Episc. *Quum vero nihilominus, plurimi ab impiis illis Capitulis propugnandis dimoveri minime*

me posſent, tandem conſtitutum eſt, ut controverſiae ſolutio ad univerſale concilium pertraberetur. Nam ex iis quae contigerant, ſatis ſuperque Imperator didicerat, trium Capitulorum oppugnatores, ac Concilii Chalcedonenſis deſenſores, (quos ſynoditas vocabant) nequaquam ſuo obtemperaturos edicto, niſi illud Epiſcoporum decreto, ac Pontificia auctoritate confirmaretur. Piis biſce Iuſtiniani *votis* Vigilius *Pont. adnuit. Dum interim vocati ex Occidente Epiſcopi exſpectabantur, edictum de tribus Capitulis a ſe antea conſcriptum ad* Vigilium *Pont. miſit, ut ſuam de iiſdem ſententiam ſcripto proferret. Hac occaſione Pontifex poſt impetratas XX. dierum inducias, quantumvis adverſa corporis valetudine conflictaretur, Conſtitutum illud conſcripſit* VII. *Kal. Mart. A.* DLIV. *& ad Imperatorem remiſit, eo tempore, quo buius Concilii V. collatio, ſive ſeſſio celebrata fuit.*

IX. *Anno igitur* XXVII. *Imperii* Iuſtiniani, *poſt Conſulatum* Baſilii *A.* XII. Chriſti DLIII. *Conſtantinopolitana quinta Synodus indicta fuit, in qua* CLXV. *Epiſcopi convenerunt, quibus Epiſtolam* Iuſtinianus *miſit, de* Theodoro Mopſveſteno, *& reli-*

quis,[1] *quae inc.* Σπουδὴ μὲν γέγονεν, κ. λ. Vigilius *Pontifex, qui per id tempus Constantinopoli versabatur, licet rogatus, Concilio adesse noluit, quod ex Apostolicae Sedis dignitate esse minime videbatur inter externos fere Episcopos considere: paucos enim secum adduxerat ex Italia, quippe qui non ad Synodum, sed ad Imperatorem profectus fuerat. Suam tamen voluntatem, & adsensum, rebus omnibus, quae sacro approbante Concilio legitime definitae forent, pollicitus est. Patres in secretario Concilium auspicantur* IV. *Nonas Maii, ac primo actum est de* Theodoro Mopsvesteno, *& in medium productis hinc eius libris, illinc* Cyrilli, Procli, Rabulae *disputationibus adversus eum, anathema* Theodoro Mopsvesteno, *eiusque libris conclamatum fuit, decretumque (quod tunc inter plurimos non erat receptum) haereticos etiam post mortem ab Ecclesia posse damnari. Itum deinde est ad* Ibae *Epistolam*[2], *& cum ea collatis Chalcedonensibus Actis, placuit illam, ut a recta abhorrentem fide, anathemate notatam, tolli de medio.*

Idem

(1) Tom. VI. Concil. pag. 399. & in Coll. I. Coll. IV. V.

(2) Coll. VI.

Idem constitutum in Anathematismo [1] Theodoreti. *His peractis*, xiv. *editi sunt Canones, quibus orthodoxa fides adversus* Nestorium, *Acephalos, aliosque qui ab* Eutyche, *&* Severo *erant, uberrime explicata fuit.*

X. *Vt igitur Ecclesiasticae historiae studiosis rem gratam faceremus, doctissimam hanc Imperatoris* Iustiniani *Epistolam in primo Catalogi nostri Volumine inserere integram, & heic seorsim dare decrevimus; in qua Latine reddenda, usi sumus opera diligenti, ac fideli Fr.* Ioannis Dominici Stratico, *qui quum origine Graecus sit, ac elegantioribus egregie excultus litteris, quam demandatum munus naviter adimpleverit, aequus diiudicet lector.*

XI. *Sequitur secundo loco* Eudociae *Augustae Liber primus & secundus de martyrio S.* Cypriani. *Fuit haec filia* Leontii *philosophi Atheniensis, quae quum* Theodosio *iuniori Imperatori nupsisset, in baptismatis lavacro*, Eudociae *nomen ab* Attico *Episcopo accepit, quum antea* Athenais *vocaretur. A.* ccccxxxii. *a* Theodosio *renunciatur Augusta, eamque ob singularem pudi-*

(1) Coll. XIII.

citiam, *&* *egregiam formam plurimum dilexit usque ad annum* CCCCXLV. *quo violatae fidei*, *&* *adamati nimium* Paullini *ex levissima quidem causa*, *in suspicionem Imperatoris adducta est*. *Quare* Eudocia *suae conscia integritatis*, *secessit Hierosolymam*, *ubi Ecclesiis aedificandis*, *ac pauperibus sublevandis per multos annos incubuit*. *Quum vero sacris evolvendis Scripturis*, *atque meditandis plurimum delectaretur*, *ac poëtica facultate excelleret*, *ut videre est apud* Socratem *Lib. VII. c.* 21. Zonaram *T. III. p.* 37. Evagrium *Lib. XX.* Theophanem *pag.* 72. *Chronic. Alexandrinum p.* 312. *seq.* Photius *Constantinopolitanus Patriarcha memoriae prodidit Cod. CLXXXIII. suae Bibliothecae*, *eam heroico carmine scripsisse metaphrasim Octateuchi*, *sive librorum quinque* Moysis, Iosue, Iudicum, *&* Ruth, *de qua iudicium suum profert his verbis* = Inscriptio Codicis ab Eudocia elaboratum hoc Carmen adfirmabat, quod, tum quia mulieris, & quidem in imperio deliciis adfluentis, tum quia praeclarum adeo est, admiratione sane dignum iudicatur. Etenim illustris est hic labor, ut in heroico carmine, si-

quis

quis umquam alius. *Subiungit, ipsam legibus artis ceteroqui instructissimam, hoc tamen uno ab iis defecisse, quod fabulas in eo nullas immiscuerit. Quare hoc maiori nobilissimae feminae laudi dandum est, quod vatum quidem elegantiam, amandatis fabulis, imitari Christiana veritate, & simplicitate voluerit. In hac praeterea metaphrasi ita religiose sacrum textum expressisse* Eudociam *idem* Photius *testatur, ut* sensuum, nihil diffundendo aut contrahendo, proprietatem servaret adsidue, & in verbis, quoad eius fieri potuit, proxima quaeque atque simillima confirmaret: *adeo ut pro legitimis librorum sacrorum versionibus haberi possint. Praeterea Cod. CLXXXIV. memorat metaphrasim eiusdem non absimilem Prophetiarum* Danielis, *&* Zachariae, *& historiam* Cypriani *martyris (illius cuius poenitentia, sive confessio legitur in calce edit.* Cypriani *Operum Oxoniensis) a magicis artibus, & idololatria ad Christi fidem conversi, &* Iustinae *virginis, libris III. Poëma tandem heroicum in victoriam a Theodosio coniuge ex Persis feliciter reportatam, adscribit illi* Socrates *Lib. VII. Histor. Eccles. Cap.*

21. Quum ergo tam illustris victoria divinitus data esset Romanis, multi praestantes eloquentia viri in laudem Imp. panegyricas Orationes conscripserunt, easque publice recitarunt. Ipsa quin etiam Imperatoris uxor heroico versu poëmata composuit. *Quamvis autem nemo illorum mentionem faciat editorum ab illa* Homerocentonum *de Vita Christi, quemadmodum nec* Nicephorus *Lib. XIV.* 23. Ioannes *tamen* Tzetzes *Chiliad. X. histor.* 306. *negat se* Eudociae *Octateuchum, & reliqua poëmata nancisci umquam potuisse; se duos tamen eius libellos carmine scriptos legisse testatur,* Homerocentones, *&* Zachariae, *ac* Danielis *metaphrasim; de quibus omnibus vide* Io. Alb. Fabricium *Bibl. Graec. T. I. p.* 358. *& alibi, & doctiss.* Oudinum *de Scriptor. Eccles. T. I. p.* 1260. *seqq. Huius itaque celeberrimae feminae elegantissima Poëmata teste* Fabricio *l. c. ab eruditis adhuc desiderata sunt, quum* Homerocentones, *qui sub eius nomine circumferuntur potius sint* Patricii, *vel* Eudociae *iunioris, Seculi XI. sive* Eudociae, *quae* Zoes *soror, &* Constantini *Imperatoris,* Basilii Bulgaroctoni *fratris filia fuit.*

XII.

XII. *Tandem* Eudocia, *ut vult* Caveus, *in mariti gratiam rediit, cum quo deinceps pacifice vixit. Illo tamen morte ſublato, Palaeſtinam repetens, quod ſupererat vitae pio otio dicavit, ibique anno* CCCCLX. Marciano *imperante, diem ultimum clauſiſse refert* Sixtus Senenſis *Biblioth. Sanctae Lib. IV. pag.* 227. *Pariſ. edit. A.* MDCX. *Quumque teſte* Evagrio Scholaſtico *Lib. I. Hiſtor. Eccleſ. Capp. XX. XXI. XXII. muros Hieroſolymitanae Vrbis inſtauraſſet, templum ſplendore, ac pulcritudine eximium primo omnium Diacono, ac martyri* Stephano *aedificaſset, in eo poſtmodum depoſita eſt.*

XIII. *Nobis itaque contigit in recenſendo antiquiſsimo Codice X. Plutei VII. in quo omnia S.* Greg. Theologi *Carmina, &* Nonni *Panopolitae in Evangelium S.* Ioannis *Metaphraſis continentur, hanc pretioſiſsimam gemmam eruere. Dum enim ſingula Codicis, prout inſtituti noſtri fert ratio, cum editis conferremus, poſt verſ.* 692. Nonniani *Poëmatis, alia ab eadem Scriptoris manu, ab eo argumento toto caelo aberrantia, interſerta animadvertimus, quae ſedulo perpendentes, tandem*

dem ſumma animi voluptate comperimus partem eſse Poëmatis, de martyrio S. Cypriani *a doctiſsima* Eudocia *conſcripti*. *Quod quum pridem deperditum ſit, ſuperſtites has veluti miſerrimi naufragii tabulas, omnium primi, in propatulo collocare, publicae ſtudioſorum utilitati gloriamur. Incredibilem adhibuimus diligentiam, ut tam inſigne monumentum ex minutiſsimis, atque evanidis plerumque litteris erutum Latinis Muſis maiori qua poſset fide, & elegantia redderetur (qua quidem in re tot tantiſque difficultatibus obſita, nobis praeſto fuit optimus, ac praeſtantiſsimus Iuvenis* Ant. Sartius, *Graecis Latiniſque litteris egregie excultus, familiaris noſter, ac ſtudiorum indefeſsus adiutor) haec tentamina aliis, quibus maius ſuppetit otium, ac mitiores ſunt muſae expolienda relinquentes.*

XIV. *Praeter, ea quae de S.* Cypriani *vita & martyrio apud* Theodorum Ruinartum *habemus in Actis Martyrum, poſſunt & alia multa proferri, quae de eius laudibus SS. Patres conſcripſerunt. Prae omnibus in eo laudando excelluit S.* Auguſtinus, *qui Sermones quinque ad populum Carthaginen-*

ſem

sem habuit novae edition. Serm. CCCIX. *seqq. Homilias duas de eo edidit S.* Maximus *Taurinensis Tom. V. Biblioth. Patrum edit. Colon. Vnam* Petrus Chrysologus. *De eodem egregium recitavit Sermonem S.* Fulgentius *Ruspensis Episcopus. Nec praetereundus Graecos inter Patres* Gregorius *Nazianzenus. Verum in eius de S.* Cypriano *Oratione illud est incommodi, quod magnum* Cyprianum *Carthaginensem Episcopum confundat cum alio* Cypriano, *qui ex mago Christianus factus, cum* Iustina *Virgine, quam veneficiis corrumpere frustra tentaverat, martyrium Nicomediae sub* Diocletiano *subiisse fertur. In eumdem impegisse scopulum videtur* Prudentius *in hymno de S.* Cypriano, *&* Eudocia Augusta, *ut ex* Photii *testimonio, & ex hoc ipso poëmate videre est.*

XV. Photium *tandem ipsum audiamus, qui in cit. Cod. CLXXXIV. totius* Eudociae *poëmatis argumentum, seu mavis minutissimam analysim adfert; ex qua unusquisque, unde fragmentum hoc a nobis prolatum, initium ducat, & ubi desinat, facillime poterit intelligere.* Photii *verba sunt ista.*

Hoc

Hoc ipso item volumine continebantur, simili versuum forma conscripti, libri tres in laudem B. Cypriani martyris: ostendebantque vel ipsa carmina, ut liberi matrem solent, hunc quoque Augustae partum esse legitimum. Primus horum liber res B. Iustinae martyris persequitur, ut in Christianorum illa numerum adoptata, parentes quoque suos ab idolorum ad veri Dei cultum transtulerit: utque amore quidam eius captus, frustra illa sollicitata, ad Cyprianum magicis deditum artibus se contulerit, rogans perdite amanti succurrat, ac puellam sibi obsequentem reddat. Addit Cyprianum omnes magicae artis rationes incassum tentantem, violentissimos quosque, ac perniciosissimos daemones oppugnandae virginis castitati immisisse: hos vero pudore suffusos, victosque sacrosanctae crucis signo, reiectos fuisse, ut ex illis ipsis cognorit. Quare propensum suum in improbos illos spiritus animum deposuisse, omnesque adeo magicos libros flammis tradidisse. Christiana denique fide imbutum, mox etiam baptizatum esse, ac templi ianitorem constitutum. Quin & charismatum dona a Deo accepisse, itaque morbis alios, alios daemonibus liberasse, donec tandem Archiepiscopi quoque dignitate ornaretur. Et haec quidem liber habet primus. Secundus deinde, dum a capite paullo altius res Cypriani arcessit, ipsummet narrantem inducit, suum iam inde a pue-

pueritia in idola studium, cultumque daemonum, & discendae magicae artis cupiditatem, atque conatum. Quaenam dehinc alia de herbarum variarum stirpium, atque animantium natura didicerit, utque varia etiam daemonum ludibria viderit. Quomodo item Athenis Argos, indeque in Phrygiam profectus, daemonibus ubique sacrificus constitutus fuerit, ac multam magicae artis exercitationem collegerit. Pergit adhaec narrare, ut in Aegyptum eorumdem caussa venerit, atque ad Indos accesserit, quaeque ibi inopinata, & valde absurda, cum alia, tum simulacra viderit atque observarit. Addit se, quum tricesimum iam aetatis annum attingeret, ad Chaldaeos venisse, eorumque litteris institutum, astrologiam accurate perdidicisse, quaeque alia cognitu digna apud illos viderentur. Omnia tandem haec vidisse refutata, quando stulto, seu potius animis pernicioso labore hisce artibus impenso, a Iustina martyre repulsus est. Commemorat item heic nonnulla, quibus alium se ipse interdum magicis artibus exhibuit, aliosque interdum transformavit: utque a daemonum cultu discedens, cacodaemonem minitantem, & ad desperationem usque territantem senserit, ac quomodo horum sit metu liberatus, quum in pium virum incidisset, cui Timotheo nomen. Quomodo praeterea Antiochiae apud frequens auditorium narraverit,

ne-

nefanda multa se, ac prodigiosa effecisse, quibus homines ita decipiebat, ut pro Deo ipsum haberent. Lacrymis itaque ac luctu genas ob haec humectantem, ex memoria improborum facinorum in salutis desperationem iterum delapsurum fuisse, nisi Eusebius quidam optimus ad pietatem & poenitentiam dux, sacrae scripturae alloquiis, sacrisque narrationibus, desperationis nebulam dissipans, clarae spei radiis eum illustrasset, & in domum suam deductum cibum capere iussisset, trium dierum inedia iam maceratum. Refert item, ut in sacrum ab illo templum fuerit adductus, & sua ipse manu coram multitudine magicae artis suae libros allatos flammis tradiderit, ac bona insuper sua pauperibus distribuerit, atque ad Christianorum inde coetum aggregatus sit. Eusebius autem hic, ait, sacerdotii dignitate exornatus erat. Accedit quomodo Aglaidas, gravis ille Iustinae procus, quum voti compos factus non esset, bona quoque fortunae pauperibus omnia erogaverit, & daemonibus tamquam deceptoribus nuncio remisso, Christianis sese sacris addixerit: in quo secundi libri finis est.

Tertius denique martyrium complectitur B. Cypriani, & clarae virginis Iustinae, qui Diocletiano & Maximino Romae imperantibus, morte testimonium dixerunt Fidei. Una enim ad martyrii lauream abrepti sunt; Cyprianus


qui-

quidem ex patria & urbe Antiochia, cuius etiam archiepiſcopatum poſt Anthimum adminiſtrarat: Iuſtina vero Damaſco: ibi enim illa, poſtquam Antiochia migrarat (quae & ipſa virginis patria erat) palam Chriſtum profeſſa eſt. His ita captis, quum impii ille hominis ſermonibus nihil moveretur, vinculis in ſublime rapti latera raduntur; haec autem boum nervis caeditur. Verum ubi nihil illi de conſtantia remittere tyranno videntur, in cuſtodiam eos ſeorſum reductos compingit. Vnde poſt evocatos, quum verbis fruſtra tentaſſet, in aeream ſartaginem (pice, adipe, ac cera in eadem ſimul miſſis, multoque igne accenſo) martyres Dei coniecit. Ibi quum athletae illi fortiter in cruciatibus perdurarent, ac potius velut in rore Deum, quod tormentis ſuperiores evaſiſſent, laeti laudarent, Athanaſius quidam miſer, daemonum ſacerdos, B. Cypriano antea perfamiliaris, & adſeſſor tum forte iudicis tormenta inferentis, mentis caecitate correptus, auſus eſt, Deos ſuos familiares invocans, in ignem quoque ingredi, ſed dum miraculum extenuare nititur, ſi & ipſe ſine noxa ibidem perduraret, magis illud auxit. Confeſtim enim ab igne abſumptus in cinerem verſus eſt. Haeſitans ergo iudex, decrevit martyres ad Diocletianum mittere, & ad eum, tum quae pertuliſſent tormenta, tum quemadmodum poenis eſſent omnibus ſuperiores,

res,

res, perſcribere. Quae quum Imperator Nico*mediae intellexiſſet, praecipit martyres ad vicinum urbi flumen, cui Gallo nomen, capite truncari. Cum his, & eadem ipſa hora Theoctiſtus martyrii palmam accepit, pietatis ſuae hoc ſolo dato indicio, quod martyrem Chriſti ſalutaſſet. Reliquias iſtorum Sanctorum nautae quidam Roma eo nuper delati, quibus & Theoctiſtus martyr uſus fuerat familiariter, clam cuſtodibus abſtulerunt, Romamque vexerunt, ubi & pulcrum ipſis templum Claudii foro proximum excitatum, opera Rufinae piae matronae, quae generis ſtirpem a Claudio Imperatore repetebat. Et haec quidem libro tertio.* = Hucuſque Photius.

Gaude interim, ac fruere noſtris hiſce laboribus, amice Lector, duo alia veteris Graecae Eccleſiae monumentorum volumina, iam typis data, propediem exſpecta, & vale.



IV-

IVSTINIANI IMPERATORIS

EPISTOLA G. L.

ADVERSVS

THEODORVM MOPSVESTENVM

EPISTOLAM IBAE

ET SCRIPTA THEODORETI.



Ἴσον ἐπιστολῆς ἀντιγραφείσης παρὰ τοῦ εὐσεβεστάτου, καὶ χριστιανικωτάτου βασιλέως Ἰουστινιανοῦ πρός τινας γράψαντας, καὶ ἐκδικήσαντας Θεόδωρον τὸν δυσσεβῆ, καὶ τὰ αὐτοῦ πονηρὰ δόγματα, καὶ τὴν λεγομένην Ἴβα ἐπιστολὴν, καὶ τὰ συγγράμματα Θεοδωρίτου τὰ κατὰ τῆς ὀρθῆς πίστεως γεγραμμένα.

Γράμματα ὑμῶν ἐδεξάμεθα, ἅπερ ἀναγνῶντες ἐθαυμάσαμεν ὑμᾶς μὴ ἐννοήσαντας τὴν τοῦ κυρίου διδασκαλίαν λέγοντος „ μάθετε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι πρᾶός εἰμι, καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ „ ἀλλ' εἰς τοσοῦτον ὑπερηφανείας ἀρθέντας, ὡς πάντας τοὺς ἱερεῖς τῆς τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας ἐξουδενῶσαι, καὶ μόνους ὑμᾶς αὐτοὺς ἐκ πάντων δικαιῶσαι; καθάπερ ἐκεῖνος ὁ Φαρισαῖος, ὃς οὐδὲ τὸν τελώνην κατακρίνας ἐδικαιώθη· καὶ ἐνόσω ἠλπίζομεν ὑμᾶς ὅμοια τοῖς λοιποῖς ἱερεῦσι φρονεῖν, ηὕρομεν παρελπίδας ἐκεῖνα ὑμᾶς ἐκδικοῦντας τὰ καὶ τῷ Θεῷ, καὶ τῇ ὀρθῇ πίστει ἐναντιούμενα, καὶ ὅμως τοιαύτην ἀσέβειαν ἐκδικοῦντες, ἴσως ὑμᾶς αὐτοὺς εἶναι τοῖς ἀποστόλοις ὑπελάβετε λέγοντες, μὴ ὀφείλειν τινὰ ὡς ἀγροίκους ὑμᾶς ὀνειδίζειν· ἐπειδὴ καὶ ὁ Θεὸς ἀγροίκοις προσέταξεν κηρύττειν τὸ εὐαγγέλιον. Καὶ ἡμεῖς μὲν εἰ καὶ ἀγροίκους, ὡς λέγεται, ὑμᾶς ἐκαλέσαμεν, διατοῦτο οὕτως εἴπομεν, ἐπειδὴ ἀγνοοῦντες τὴν ἐκκλησια-


Xemplar Epistolae a piissimo, atque Christianissimo Imperatore Iustiniano perscriptae adversus nonnullos, impium Theodorum, atque iniqua eius dogmata, & Epistolam Ibae dictam, nec non Theodoriti libros contra Catholicam fidem, scriptis propugnantes.

Litteras vestras accepimus, quas quum legeremus, vehementer mirati sumus, vos minime ad eam Dominicam institutionem advertentes animum, qua dictum est „ Discite a me quia mitis sum, & humilis corde „ in id fastigii esse sublatos, ut nihili faciendos universos Ecclesiae Dei Antistites iudicetis, vos autem solum prae ceteris iustitiam consequutos esse arbitremini; eius propterea Pharisaei similes, qui iustificatus non est, quod publicanum condemnasset iniquitatis. Quumque vos haud ab ceteris sacerdotibus dissimilia sapienter sentire speraremus, inopinato invenimus, dogmata a vobis cum Deo rectaque fide eius pugnantia sustineri, simulque eiusmodi impietatem omni conatu defendentes, id vobis praesidio sumere, quod Apostolis pares vos esse iactetis, neque fas esse, ut a quopiam imperitiae, atque ruditatis reprehendamini, propterea quod Deus etiam ipse rudibus, atque agrestibus hominibus mandaverit Evangelii sui praedicationem. Ac nos quidem

σιαστικὴν τάξιν τε, καὶ παράδοσιν, καὶ τὴν ὀρθόδοξον πίστιν, τοιαύτην ἀσέβειαν ἐκδικεῖται· τοὺς ἀποστόλους δὲ, οὓς ὑμεῖς ἀγροίκους καλεῖτε, ὁ Θεὸς ἐπελέξατο ἑαυτῷ, καὶ τοῦ ἰδίου πνεύματος, καὶ χάριτος, καὶ σοφίας ἐπλήρωσε, καὶ οὕτως αὐτὰς ἀπέστειλεν, ἵνα τὰ ἔθνη τὰ τὸν Θεὸν ἀγνοοῦντα πρὸς τὴν τῆς ἀληθείας ὁδὸν ὁδηγήσωσιν· ὅθεν καὶ αὐτοῖς μόνοις τοῖς ἀποστόλοις εἶπεν „ ὑμεῖς ἐστε τὸ φῶς τοῦ κόσμου „ φανεροὶ τοίνυν ἐστε, καθάπερ ὁ ἀπόστολος εἶπεν „ μὴ νοῦντες, μήτε ἃ λέγετε, μήτε περὶ τίνων διαβεβαιοῦσθε· „ ὅτι ἐτολμήσατε καὶ τοῖς ἀποστόλοις ἑαυτοὺς ἐξισῶσαι, καὶ τοὺς πατριάρχας καὶ πάντας τοὺς ἱερεῖς ἐνυβρίσαι· τοσοῦτον δὲ τὴν ἐκκλησιαστικὴν κατάστασιν οὐκ ἐφυλάξατε, ὅτι τὸ ἐν μηδενὶ χρόνῳ γενόμενον ὑπὸ χριστιανῶν ἐτολμήσατε ποιῆσαι. Πάντων γὰρ τῶν μακαριωτάτων πατριαρχῶν τὴν πρὸς ἀλλήλους ἕνωσιν ἐχόντων, οὐδεὶς ἑαυτὸν τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ἐχώρισεν, εἰ μὴ φανερῶς αἱρετικῇ μανίᾳ κατείχετο· ὅπερ ὑμεῖς ἐπὶ τοῦ παρόντος ποιεῖν ἐσπουδάσατε· ἀλλ' εἰ καὶ τοῦτο γέγονεν παρ' ὑμῶν, ὅμως ἡμεῖς οὐ παυόμεθα πᾶν, ὅ, τι οὖν πρὸς ἐπανόρθωσιν ὑμετέραν καὶ ποιοῦντες, καὶ γράφοντες.

Ἐπει-

dem, quum agrestes vos nominaremus, ea usi sumus loquendi ratione; propterea quod Ecclesiasticas regulas, atque traditiones negligentes, ipsiusque orthodoxae Fidei imperiti, eam impietatem propugnaretis. Apostolos namque, quos vobis agrestes appellare libuit, sibi praeelegit Deus, spirituque suo, atque sapientia replevit, eaque ratione praeparatos misit, ut gentibus, quae ignorant Deum, duces essent ad semitam veritatis. Itaque Apostolis ipsis unice dictum est „ Vos estis lux mundi „ lucidi ergo estote, quemadmodum ipsis iterum subiectum est a Domino „ Nolite cogitare, neque quid loquamini, neque qua de re laturi sitis testimonium.„ Ausi autem estis vosmetipsos Apostolis comparare, omnesque sacerdotes iniuria lacessere non estis veriti, atque adeo a vobis neglectae sunt Ecclesiasticae sanctiones, ut id moliri, per summam audaciam, institueritis, quod nulla umquam Christianae religionis aetate fieri a quopiam tentatum est. Beatissimis videlicet Patriarchis mutuam traditionem omni tempore inviolatam vicissim custodientibus, nemo umquam, nisi qui palam haeretica vesania captus esset, Ecclesiam schismate divisit, quod vos impraesentiarum, ut fieret, curavistis. Cui quidem malo quod patrare aggressi estis, ut ipsi medeamur, vehementi flagramus desiderio, qui nimirum opere, ac scriptis id unum contendimus, ut resipiscatis.

Ἐπειδὴ τοίνυν ἐγράψατε λέγοντες, διὰ τοῦτο ἡμᾶς σπουδὴν ποιήσασθαι τὰ τρία ταῦτα κεφάλαια καταδικασθῆναι, τουτέςι Θεόδωρον μετὰ τῶν οἰκείων συγγραμμάτων, καὶ τὴν λεγομένην Ἴβα ἐπιςολὴν, καὶ τὰ Θεοδωρίτου συγγράμματα, ἵνα τὸ θέλημα πληρωθῇ τῶν ἀπὸ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ἑαυτοὺς χωρισάντων, γινώσκετε, ὅτι ἡμεῖς οὐ δι' ἐκείνους ἐποιήσαμεν τοῦτο, ἀλλὰ πρῶτον μὲν διὰ τὴν ἀσέβειαν τῶν προειρημένων κεφαλαίων, ἔπειτα δὲ, ὅτι τινὲς τὸ Νεςορίου ὄνομα σιωπᾶν προσποιούμενοι διὰ τῶν προειρημένων, αὐτὸν Νεςόριον, καὶ τὴν κακοδοξίαν αὐτοῦ εἰσαγαγεῖν ἐπεχείρουν, τὴν ἀσέβειαν τῶν κεφαλαίων τούτων τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ προσάπτοντες. Διατοῦτο ἡμεῖς, εἰ καὶ φανερὰ ἦν ἡ τῶν αὐτῶν κεφαλαίων ἀσέβεια, ὅμως ἠρωτήσαμεν τοὺς ἱερεῖς τῆς τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας, τί περὶ τούτων φρονοῦσιν· οἵ τινες δεῖξαι βουλόμενοι, ὅτι τὴν τοιαύτην ἀσέβειαν ἡ καθολικὴ ἐκκλησία οὐδὲ ἔσχε ποτὲ, οὐδὲ ἔχει, κατεδίκασαν καὶ αὐτοὶ τὴν τοιαύτην δυσσέβειαν, ἐξαρχῆς ὑπὸ τῶν ἁγίων πατέρων καταδεδικασμένην· οὐδὲ γὰρ οἱ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας κεχωρισμένοι, περὶ τούτων τῶν κεφαλαίων λόγον τινὰ ποιοῦνται, εἰδότες ὅτι ταῦτα οὐδεὶς δύναται χριςιανοῦ προσηγορίαν ἔχων ἐκδικεῖν, ἀλλὰ τῷ ὅρῳ ἐναντιοῦνται τῆς ἁγίας ἐν Χαλκηδόνι συνόδου, τῷ περὶ τῆς πί-

ςεως

Iam vero quum in hanc sententiam scripseritis, a nobis diligenter curatum esse, ut tria haec Capitula, Theodorus scilicet cum scriptis suis, Epistola, quae Ibae dicitur, Theodoritique pariter scripta condemnarentur, hoc animo, ut voluntati nostrae fieret satis, quod incredibili cupiditate incenderemur; ut a Catholica separarentur Ecclesia: cognoscite, id minime a nobis eorum caussa factum fuisse; sed primo quidem, quod graviter commoti essemus eorum Capitulorum impietate, post autem, quia non defuerant, qui, suppresso Nestorii nomine, Nestorii tamen studentes partibus, erroneam eius fidem inducere niterentur, Ecclesiaeque tribuere non vererentur eorum Capitum impietatem. Quamquam igitur Capitulorum iniquitas manifeste pateret, tamen nihilo secius Ecclesiae Dei antistites in unum congregatos interrogavimus, quid de his decernerent esse sentiendum; qui quum perspicuo testimonio ostendere vellent eiusmodi errores, neque Ecclesiae probari, neque ullo umquam tempore probatos esse; eam impietatem initio a sanctis Patribus praedamnatam suo omnes suffragio rursus proscripserunt. Qui porro ob trium Capitulorum defensionem ab Ecclesia divisi sunt, ii tacent omnino; plane namque intelligunt, minime posse haec ab eo, qui Christianus nominetur defendi: ceterum aperte sanctae Chalcedonensi Synodo adversantur, quae Fidei doctrinam definivit in Ne-

στεως προενεχθέντι πρὸς κατάκρισιν Νεστορίου, καὶ Εὐτυχοῦς, καὶ τῆς αὐτῶν ἀπιστίας. Οἱ γὰρ τοῖς ὀρθοῖς τῆς ἐκκλησίας ἐναντιούμενοι δόγμασιν, ἐπιθυμοῦσιν μᾶλλον τὰ μνημονευθέντα ἀσεβῆ κεφάλαια ἐκδικεῖν τὴν ἁγίαν τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίαν, ἵνα διὰ ταύτης τῆς προφάσεως τοὺς ἁπλουστέρους ἀπατήσωσι, καὶ τὸν χριστιανὸν λαὸν τῆς ἐκκλησίας χωρίσωσιν.

Ἐπειδὴ δὲ ἐγράψατε δύο, εἰ δεῖ τὴν ἀσεβῆ ἐκείνην περιέχειν ἐπιστολὴν, ἓν μὲν, ὅτι ὀρθῶς, ὡς λέγεται, κατὰ Ἀπολιναρίου ἠγωνίσατο, ἕτερον δὲ, ὅτι κἂν εἰ ἔδοξεν ὁ γράψας τὴν ἐπιστολὴν τὸν ἐν ἁγίοις Κύριλλον διασύρειν, ὅμως τοῦτον τὸν στῦλον τῆς ὕβρεως ἐν τῷ τῆς ἐπιστολῆς ἀνέτρεψε τέλει, καὶ διατοῦτο λέγεται, ὀφείλειν τὴν αὐτὴν ἀσεβῆ ἐπιστολὴν ὀρθόδοξον κρίνεσθαι, δῆλοι καθεστήκατε, ὅτι οὔτε τὸ ὕφος, οὔτε τὴν δύναμιν ἔγνωτε τῆς αὐτῆς ἀσεβοῦς ἐπιστολῆς· κατὰ Ἀπολιναρίου γὰρ οὐδὲν περιέχει, ἀλλ' αὐτὸν τὸν ἐν ἁγίοις Κύριλλον Ἀπολιναριστὴν καλεῖ· καὶ οὐδὲ ἐν τῷ τέλει ἡ αὐτὴ ἀσεβὴς ἐπιστολὴ ἀνέτρεψε τὰ κατὰ τοῦ αὐτοῦ ἐν ἁγίοις εἰρημένα Κυρίλλου· μᾶλλον μὲν οὖν τὰ χείρονα κατ' αὐτοῦ ἐν τοῖς τελευταίοις εἶπεν. Προϊόντες δὲ ὅμως καὶ πᾶσαν τὴν ἀσέβειαν τῆς λεγομένης Ἴβα ἐπιστολῆς, καὶ τὴν ματαιότητα τῶν κεφαλαίων, ὧνπερ ἐπέμψατε, ἀποδείξωμεν. Πάντων γὰρ ἀναγνωσθέντων τῶν παρ' ὑμῶν γεγραμμένων σφόδρα ἐλυπήθημεν, ὅτι εἰς τοιαύ-

storii, Eutychetis, errorumque ab ipsis invectorum condemnationem. Qui vero rectis Ecclesiae dogmatibus adversantur, omni contentione nituntur, ut praefata tria iniqua Capita, ceu ab Ecclesia Dei admissa sustineri iudicentur, ut hac videlicet ratione, simpliciores decipiant, populusque Christianus schismate dividatur.

Itaque quum duo potissimum [si omnia, quae in impiis illis litteris continentur, contrahantur in pauca] scripseritis: alterum nempe, recte inibi contra Apollinarium disputatum esse, alterum vero, Epistolae scriptorem, etsi videatur S. Cyrillum principio iniuria lacessere, hanc tamen irrogatae ab se iniuriae labem circa finem depulisse; quapropter operae pretium esse, ut impia ea Epistola Catholica esse iudicetur: hoc primum pro certo habetote, vos neque verborum contextum, neque sententiarum vim illius impiae Epistolae percepisse. Non enim adversus Apollinarium concludit, sed sanctum Cyrillum ipsum Apollinaristis adnumerat, atque tantum abest, ut circa eius finem, quidpiam ex iis, quae adversus sanctum Cyrillum pronunciata sunt, revocatione castigetur; ut circa extremum potius eius scriptor in Cyrillum deterius debacchatus esse videatur. Quamobrem id ipsum principio, simulque universam huius, quae Ibae nuncupatur Epistolae impietatem, eorumque, quae ad nos misistis Capitum insaniam argumen-

αὐτὴν ἐνεπέσατε πλάνην, ἄνθρωποι ἐξ ἐκείνης ὄντες τῆς χώρας, ὅπου ἀεὶ πρὸ ὑμῶν ἡ ὀρθὴ πίστις ἀμώμητος ἐφυλάχθη. Ὅθεν ἀναγκαῖον ἐνομίσαμεν εἶναι, καὶ πρὸς τὰ ῥηθέντα ὑμῶν κεφάλαια ἀντιγράψαι, καὶ παραινέσαι ὑμῖν ταύτης τῆς ἀσεβείας, καὶ τοῦ ἀσεβοῦς ὑμῶν διδασκάλου ἀποστῆναι, τοῦ τὰ προειρημένα κεφάλαια συγγραψαμένου. Ἀπατῆσαι γὰρ θέλων ὑμᾶς, ῥήματά τινα προήγαγεν ἐκ τῶν θείων γραφῶν, ἅ τινα νοήσας κακῶς προσαρμῶσαι ῥήμασί τισι τῆς προειρημένης ἀσεβοῦς ἐπιστολῆς ἐπεχείρισεν· ὅπερ οἱ αἱρετικοὶ πάντες ποιοῦσι, ῥήματά τινα τῶν θείων γραφῶν παρερμηνεύοντες, καὶ πρὸς τὴν διεστραμμένην ἑαυτῶν μεταφέροντες ἔννοιαν· καὶ δοκεῖ ἡμῖν ὁ ἀσεβὴς ὑμῶν διδάσκαλος, ἢ μὴ ἀνεγνωκέναι τὴν ἀνώνυμον ἐκείνην ἐπιστολήν, ἢ ἀνεγνωκέναι μέν, κακούργως δὲ ῥήματά τινα ταύτης προαγαγεῖν, τὰ πλείονα δὲ καὶ χείρονα σιωπῆσαι. Λεγούσης γὰρ τῆς αὐτῆς ἐπιστολῆς περὶ τοῦ μακαρίου Κυρίλλου, καὶ τοῦ ἀσεβοῦς Νεστορίου, ὅτι ἑκάτεροι κατ' ἀλλήλων βλαβεροὺς λόγους ἔγραψαν, καὶ ὅτι Νεστόριος μὲν ἔλεγεν, τὴν μακαρίαν Μαρίαν μὴ εἶναι Θεοτόκον, ὡς νομισθῆναι τοῖς πολλοῖς ἐκ τῆς Παύλου τοῦ Σαμοσατέως αἱρέσεως εἶναι, Κύριλλος δὲ βουλόμενος τοὺς Νεστορίου ἀνατρέψαι λόγους, ὠλίσθησεν, καὶ ἐνέπεσεν εἰς τὸ Ἀπολιναρίου δόγμα, Φανερόν ἐστιν, ὅτι ὁ γράψας

ψας

mentis ostendemus. Quum enim ea omnia, quae scripsistis, legissemus, gravissimo affecti sumus dolore, vos eius Vrbis cives, in qua semper ad haec usque tempora unice servata fuit recta Fides, in tantum errorem esse prolapsos. Quapropter necessarium esse existimavimus adversus praedicta Capitula ad vos scribere, atque de eorum impietate vos ipsos admonere, ut ab iniquo praeceptore vestro, qui ea monumentis mandavit litterarum, recedatis. Etenim quum is sibi proposuisset in animo vos in deceptionem inducere, nonnullas ex divinis litteris sententias hausit, quibus in pravam significationem contortis, impiae illius Epistolae opiniones nonnullas confirmare aggressus est, quemadmodum haereticis fuit semper in more positum, quaedam divinarum litterarum testimonia pervertere, atque in contrariam intelligentiam detorquere. Itaque vel praeceptorem vestrum minime anonymam eam Epistolam perlegisse existimamus, vel mala admodum fide, nonnulla legisse quidem ipsum, reliqua vero, quae multo deteriora essent, silentio praeteriisse. Quum enim in ea Epistola de beato Cyrillo atque impio Nestorio narretur, proscidisse eos sese invicem conviciis: atque affirmasse Nestorium minime Deiparam esse beatam Virginem, ut ipsam nominari permultis ex Paulli Samosateni haeresi placebat: Cyrillum contra, qui Nestorii errorem refutare niteretur lapsum pariter

esse

ψας τὴν ἐπιςολὴν τῇ Νεςορίου μανίᾳ κεκρατημένος δείκνυται· ὃς αὐτὸν μὲν Νεςόριον ἀρνύμενον θεοτόκον εἶναι τὴν ἁγίαν παρθένον Μαρίαν, μέχρι μόνης τῆς τινων ὑποψίας ἐληλυθέναι φησὶν, οὐ μὴν αἱρετικὸν ἐκ τούτου φανῆναι· τὸν ἐν ἁγίοις δὲ Κύριλλον, τὸν τῆς ἐκκλησίας διδάσκαλον, εἰς τὸ Α'πολιναρίου δόγμα ὀλισθῆσαι διϊσχυρίζεται, καὶ πεσεῖν· διότι εἶπεν αὐτὸν τὸν Θεὸν λόγον σαρκωθῆναι, καὶ ἐνανθρωπῆσαι.

Καὶ ταῦτα μὲν τὰ ῥήματα παραλέλοιπεν, ὡς εἰρήκαμεν, ὁ διδάσκαλος ὑμῶν, γινώσκων ὅτι ὁ λέγων τὸν ἐν ἁγίοις Κύριλλον ὀλισθῆσαι, καὶ πεσεῖν, καὶ αἱρετικοὺς καλῶν τοὺς τούτου λόγους, πᾶσαν καταδικάζει τὴν ἐκκλησίαν, τὴν πατέρα, καὶ διδάσκαλον εἰκότως Κύριλλον ἔχουσαν. Πῶς δὲ οὐκ ἔφριξε λέγων, ὡς ὁ ἐν ἁγίοις Κύριλλος αἱρετικός ἐςιν, ἐπειδὴ εἶπεν, ὅτι αὐτὸς ὁ Θεὸς λόγος ἄνθρωπος γέγονε, καὶ ὅτι οὕτω λέγων διαφορὰν τοῦ ναοῦ, καὶ τοῦ ἐνοικοῦντος ἐν αὐτῷ οὐχ ὁμολογεῖ; Διὰ τούτων γὰρ τῶν λόγων οὐ μόνον τὸν ἐν ἁγίοις Κύριλλον μέμφεται, ἀλλὰ καὶ τὸν εὐαγγελιςὴν τὸν λέγοντα „ ὅτι ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο „ καὶ πάντας τοὺς προφήτας, τὴν διὰ σαρκὸς ἐπιδημίαν αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ λόγου κηρύξαντας, καὶ μάλιςα Ι'ερεμίαν τὸν λέγοντα „

Οὗ-

esse , inque Apollinarii dogmata descendisse ; luce clarius est, Epistolae eiusdem scriptorem Nestoriana dementia praeoccupatum agnosci , qui Nestorium sanctam Mariam Virginem Deiparam fateri detrectantem , suspicionis tantum adversus se locum quibusdam tribuisse ; minime vero exinde haereticum demonstrari contendat : Cyrillum autem sanctum Ecclesiae doctorem in Apollinarii haeresim incidisse diserte tradat ; propterea quod ipsum Deum Verbum incarnatum esse dixerit, atque assumsisse humanitatem .

Haec autem verba , ut superius animadvertimus, praeteriit praeceptor vester , plane perspiciens, eum qui Cyrillum lapsum esse in haeresim tradat , contendatque haereticas ipsum defendisse sententias , in universam Ecclesiam damnationis ferre iudicium , quum universa scilicet Cyrillum , ut patrem colat , atque doctorem . Ceterum qui fieri potuit, ut non exhorresceret, haereticum dicens Cyrillum , propterea quod Deum Verbum hominem factum esse docuerit ? indeque consequi subiungens, ab Cyrillo haec docente discrimen inter templum, in eoque inhabitantem non admitti ? Hac quippe aiendi ratione non sanctum Cyrillum criminatur , sed Evangelistam „ Verbum carnem factum esse „ diserte pronunciantem , sed Prophetas omnes, qui Verbi Dei adventum per carnem praedixerunt, Hieremiam potissimum di-

Α'ποδείξαντες δὲ, ὅτι ἐν τοῖς προλαβοῦσι χρόνοις ὡρίσθη παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων χρῆναι καὶ μετὰ θάνατον ἀναθεματίζεσθαι τοὺς εἴ τε εἰς πίςιν, εἴ τε εἰς κανόνας ἁμαρτήσαντας, ἀναγκαῖον εἶναι συνείδομεν καὶ τὰ ἐν τοῖς ἡμετέροις χρόνοις γενόμενα πᾶσι δῆλα καταςῆσαι, πρὸς ἀναίρεσιν πάσης ἀφορμῆς τῶν τοὺς προφανεῖς αἱρετικοὺς, καὶ τὴν τούτων ἀσέβειαν ἐκδικούντων. Λαυρέντιον γὰρ, καὶ Διόσκορον, τοὺς ἐν διαφόροις χρόνοις τὴν τοῦ ἀποςολικοῦ θρόνου ἱερωσύνην ὑφαρπάσαντας, εἰ καὶ μὴ εἰς πίςιν ἥμαρτον, ἀλλ' οὖν ἐπειδὴ κατὰ περιδρομὴν ἐσπούδασαν τῆς ἐπισκοπῆς ἐπιλαβέσθαι, μετὰ θάνατον ὁ ἀποςολικὸς θρόνος κατέκρινε, καὶ ἀνεθεμάτισεν.

Ε'πειδὴ δὲ καὶ τοῦτο τοῖς ὑμετέροις προστεθήκατε γράμμασιν, ὅτι ἐάν τις τὸν αἱρεσιάρχην ἀναθεματίσῃ, ὃ εἴπῃ κατακρίνων, καὶ τοὺς τὰ ὅμοια φρονοῦντας αὐτῷ, συμπεριλαμβάνει πάντας τὰς ὅτε δήποτε ταῦτα φρονήσαντας· καὶ διατοῦτο, ἐπειδὴ Παῦλον τὸν Σαμοσατέα, καὶ Φώτιον, ὃ Βόνωσον, ϗ Νεςόριον ἀναθεματίζετε, ἐκ ὀφείλετε καὶ Θεόδωρον τὸν τὰ ὅμοια ἐκείνοις φρονήσαντα ὀνομαςὶ ἀναθεματίσαι· γινώσκετε, ὅτι πρῶτον

cente Scriptura „ Si homo in hominem peccaverit, erit qui pro ipso oret; si autem in Deum deliquerit, quis orabit pro eo? „

Quum autem ostenderimus fuisse praeteritis temporibus a sanctis Ecclesiae Patribus lege sancitum, post mortem etiam, eos qui vel contra fidem, vel adversus Ecclesiae Canones erraverint, anathematizari oportere: necessarium pariter esse prospicimus, ea quoque, quae nostra hac aetate facta sunt omnibus manifesta constituere, ut omnis tollatur contradictio, quae a profanorum haereticorum, ipsorumque impietatis patrocinatoribus possit excitari. Laurentium namque, & Dioscorum, qui diversis temporibus Apostolici throni sanctitatem subripuerant, quamquam nihil in fide peccassent, ob idipsum tamen, quod per ambages Episcopatum suscipere conati fuerant, vita iam functos Apostolica iudicavit sedes, atque condemnavit.

Verum quum in vestris Litteris id etiam adieceritis: si quis haereticum anathematizaverit, & in ipsum sententiam ferens „ omnes quoque cum ipso sentientes „ adiunxerit, eum illos omnes complecti, qui quavis ratione idipsum, quod damnatur, probaverint: itaque quum Paullum Samosatensem, & Photium, & Nestorium, & Bonosum condemnaveritis, minime opus esse, ut Theodorum quoque eadem cum ipsis sentientem nominatim condemnetis:

sci-

τον μὲν ἐκεῖνοι δίχα ὀνόματος ἀναθεματίζονται, οἱ κατὰ πλάνην ἀκολουθήσαντες τοῖς αἱρεσιάρχαις, οὐ μὴν οἱ ἄλλους ἀπατήσαντες. Τοὺς γὰρ ἀρχηγοὺς τῶν αἱρέσεων καὶ ὀνομαςὶ ἡ ἐκκλησία τοῦ Θεοῦ ἀναθεματίζει. Θεόδωρος δὲ οὐ μόνον διδάσκαλος ἦν τῆς Νεςορίου δυσσεβείας, ἀλλὰ ϗ πολλοὺς διὰ τῶν ἀσεβῶν αὐτοῦ συγγραμμάτων ἠπάτησεν. Ὥσπερ γὰρ οἱ ὀρθοὶ τῆς ἐκκλησίας διδάσκαλοι διὰ τῶν οἰκείων ἐκθέσεων γνωρίζονται, καὶ ἐπαινοῦνται, οὕτω ϗ ἐκ τοῦ ἐναντίου πάντες οἱ τῆς κακοδοξίας ἀρχηγοὶ διὰ τῶν ἰδίων ἀσεβῶν συγγραμμάτων ἐλέγχονται, ϗ ἀναθεματίζονται. Ὁπότε τοίνυν Θεόδωρος, καὶ αἱρεσιάρχης γέγονε, καὶ ἀναριθμήτους βλασφημίας ἐν τοῖς οἰκείοις βιβλίοις ἐξήμεσεν, οὐδεμίαν ἔχετε δικαίαν ἀφορμὴν πρὸς τὸ παραιτήσασθαι τὸν κατ' αὐτοῦ ἀναθεματισμόν.

Περὶ δὲ τῆς ἐκθέσεως τῆς πίςεως, ἣν τοῖς ὑμετέροις γράμμασιν ἐνεθήκατε, εἰ καὶ πολλὰ εἴχομεν μέμψασθαι, ἀλλ' οὖν ὅμως διὰ τὴν ὑμετέραν ἄγνοιαν, ϗ ἁπλότητα τοῦτο παραλειπεῖν τέως δεῖν ἐνομίσαμεν· ἔν τισι γὰρ ἀνασφαλῶς ἐγράψατε· ἔν τισι ῥήματα τεθήκατε, μηδὲ ταῖς θείαις γραφαῖς, μηδὲ τοῖς ἁγίοις πατράσιν ἐγνωσμένα· ἐν ἄλλοις δὲ τοὺς διδασκάλους τῆς ἐκκλησίας τό γε εἰς ὑμᾶς ἧκον κατεδικάσατε· πρὸς τούτοις δὲ ϗ τινὰ εἰς τὴν ὀρθόδοξον συντείνοντα πίςιν παρελείψατε. Ὅθεν χρὴ ὑμᾶς κατὰ τὴν παραίνε-

scitote, primo quidem illos suppresso nomine anathematizari, qui haeresum auctores sunt in errore secuti, ceteros autem minime deceperunt. At vero haeresum duces, & magistros Ecclesia nominatim anathematizat. Theodorus porro non modo Nestorii magister exstitit, verum etiam impiis scriptis suis permultos induxit in errorem. Etenim, quemadmodum recti Ecclesiae Doctores ex propriis doctrinis agnoscuntur, atque propter ipsas commendantur, ita e contra perversarum sententiarum auctores ex propriis ipsorum litteris redarguuntur, atque anathematizantur. Quum igitur Theodorus, & haeresiarches exstiterit, & innumeras prope blasphemias in suis libris protulerit, nihil vobis superest caussae, cur anathema in ipsum dicere detrectetis.

Circa Fidei vero expositionem, quam vestris Litteris inseruistis, etsi multa sint, de quibus nobis vobiscum esset conquerendum, nihilo tamen minus id totum ignorantiae, simplicitatique condonari oportere existimavimus. Alicubi namque versute scripsistis: alicubi verbis usi estis, neque in sacris Litteris, neque a sanctis Ecclesiae Patribus umquam adhibitis: alibi Ecclesiae Doctores ipsos, iuxta quod vobis visum est, condemnastis, atque adhuc quemdam ad orthodoxam fidem omnino pertinentem silentio praeteriistis. Quapropter oportet vos, iuxta san-

νεσιν τῶν ἁγίων πατέρων ἢ γινώσκοντας λαλεῖν, ἢ ἀγνοοῦντας σιωπᾷν, κ) ἀπὸ τῶν ἐπιςαμένων διδάσκεσθαι.

Ἐπειδὴ δὲ ἐγράψατε ἡμῖν, πῶς ὀφείλομεν τοῖς Αἰγυπτίοις ἀποκρίνασθαι, θαυμάζομεν ὑμᾶς, ὅτι τὴν ἀσεβῆ ἐκείνην ἐπιςολὴν, καὶ Θεόδωρον, καὶ Νεςόριον, καὶ τὴν κακοδοξίαν τὴν αὐτῶν ἐκδικοῦντες, ἡμῖν παραινεῖν ἐπιχειρεῖτε, τί ὀφείλομεν ἄλλοις ἐναντίοις τῆς ἐκκλησίας ἀποκρίνασθαι. Εἰ γάρ τις τοῖς παρ' ὑμῶν γραφεῖσι συναινέσει, οὐδὲν ἕτερον παραινέσει τοῖς Αἰγυπτίοις, ἢ Θεόδωρον, καὶ Νεςόριον τοὺς αἱρετικοὺς δέξασθαι, καὶ πάντας τοὺς ἁγίους πατέρας καταδικάσαι, τοὺς κατακρίναντας ἐκείνους τε καὶ τὴν αὐτῶν ἀπιςίαν, καὶ πρὸς τούτοις ἐξ ἑτέρας πλάνης εἰς ἄλλην ἐμπεσεῖν· ὁπότε ἡμῖν ἐγράψατε ἀποκρίνασθαι τοῖς ἐναντίοις τῆς ἐκκλησίας, καλὴν, καὶ ὀρθόδοξον εἶναι τὴν μυσαρὰν ἐκείνην ἐπιςολήν.

Σπουδάσατε τοίνυν πρῶτον μὲν ὑμᾶς αὐτοὺς διορθώσασθαι, καὶ οὕτως ἄλλους διδάξαι· εἴ τις γὰρ ἢ Θεόδωρον, ἢ τὴν λεγομένην Ἴβα ἐπιςολὴν, ἢ τὰ Θεοδωρίτου συγγράμματα τὰ κατὰ τῆς ὀρθῆς πίςεως ἐκτεθέντα ἐκδικεῖ, τοῖς αἱρετικοῖς ἑαυτὸν συναριθμῶν, ἀλλότριον ἑαυτὸν ποιεῖ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας· ἧς κεφαλή ἐςιν ὁ μονογενὴς ὑιὸς τοῦ Θεοῦ ὁ κύριος καὶ Θεὸς ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριςὸς, οὗ τινος ὑμᾶς αὐτοὺς χωρίζετε, τὴν ἀσεβῆ ἐπιςολὴν,

καὶ


sanctorum Patrum admonitionem, vel scientes loqui, vel si ignari estis, tacere, atque a doctis & scientibus erudiri.

Iam vero quum scripseritis, quemadmodum Aegyptiis respondere debeamus, miramur quidem, vos scilicet, qui impiam eam Epistolam, Theodorum, Nestorium, perversasque eorum sententias defenderitis, nunc commonere nos instituisse, quid sit a nobis, aliis Ecclesiae hostibus respondendum. Siquidem si ea, quae scripta a vobis sunt, quis consideraverit, nihil aliud Aegyptios hortabitur, quam ut Nestorium, Theodorumque haereticos suscipiant, universosque sanctos Patres reiiciant, qui ipsos, eorumque infidelitatem condemnaverunt: atque adeo ex uno in alium incidant errorem; quum ad nos scribentes, ut hostibus Ecclesiae responderemus, abominabilem eam Epistolam orthodoxam appellare non dubitaveritis.

Nitimini itaque primum vosmetipsos corrigere, post autem ceteros docere: si quis enim vel Theodorum, vel dictam Ibae Epistolam, vel Theodoreti scripta adversus rectam Fidem proposita defendit, haereticis is adnumeratur, & ab Ecclesia Catholica alienus efficitur; cuius caput est Vnigenitus Dei Filius, Deus & Dominus noster Iesus Christus, ab cuius Ecclesia impia ea Epistola separatur, & Theodori patrocinatores. Itaque expedit vobis

ab

καὶ Θεόδωρον ἐκδικοῦντες· καὶ διατοῦτο προσήκόν ἐςιν ὑμᾶς τῆς ἀσεβείας τῆς ἐπιςολῆς, καὶ τοῦ ἐκδικεῖν Θεόδωρον τὸν οὕτω προφανῆ αἱρετικὸν ἀποσχέσθαι. Εἰ γὰρ ὁ ἅγιος ἀπόςολος Παῦλος κωλύει, τοῦτο μὲν ἐκ τοῦ ἰδίου ὀνόματος, τοῦτο δὲ ἐκ τῶν λοιπῶν ἀποςόλων καλεῖσθαί τινα, καὶ ἐπιτιμᾷ τοῖς λέγουσιν „ ἐγὼ μὲν ....



ab impiae illius Epistolae, Theodorique defensione cessare. Si enim Paullus Apostolus probibet aliquid suo, aliquid ceterorum Apostolorum nomine vocari, eosque obiurgat, qui dicebant „ Ego sum Paulli, ego autem Cephae, &c. „

Desunt pauca.



ΕΥΔΟΚΙΑΣ

ΤΗΣ ΒΑΣΙΛΙΔΟΣ

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΚΥΠΡΙΑΝΟΥ

ΒΙΒΛΟΣ ΠΡΩΤΗ ΑΚΕΦΑΛΟΣ.

---

* * * * * *

Πάντας δ' ἠϊθέυς κεν ἀταρτηρῶς ἀπέπεμπεν,
Ὡς Χριςὸν μȣ̂νον μνηςὸν θεμένη τὸν ἄνακτα.
Ὃς δὲ λεὼν συναγείρας ἀνακτορίυς κατὰ θώκυς
Πρός ῥα βίην ἐθέλησεν ἀγαυὴν παῖδα μιῆναι.
Ὅσσοι ἐσπετόωνθ' ἅμ' αὐτῇ αἰπὺ βόησαν·
Πάντες δ' ἐκ θαλάμων σὺν τεύχεσιν ἐσσεύοντο,
Τεῦξαν δ' Ἀγλαΐδαο νεήλυδας εἶθαρ ἀΐςυς.
Αὐτὸς δ' ἐν κραδίηφι φέρων ὅλον ἔνδον ἔρωτα,
Πληγεὶς, εὖτε μύωπι λαθὼν, πηχύνετο κȣ́ρην.

Ἡ δ' αἶψα Χριςȣ̂ κρατερὴν σφρηγῖδα τέλεσσεν,

Ῥίψεν δ' ὕπτιον εἶθαρ ἀναιδέα, χερσὶ δ' ἔθρυψε
Μορφὴν Ἀγλαΐδαο, ϗ ὐλοκόμυς γε παρειὰς,
Ῥῆξεν δ' εἵματα καλὰ, ὅλοις δ' ἀπέδειξε γέλωτα,
Θέκλης ἀντιθέης τὸν ὁμὸν δρόμον ἐκτελέυσα.
Καὶ τὰ μὲν ὡς ῥέξασα Θεοῦ πάλιν ἦλθεν ἐς οἴκυς,
Αὐτὰρ ὁ χωόμενος κακοεργέα λίσσετο φῶτα,
Δυσσεβέος μαγίης ὑποθήμονα Κυπριανόν γε,
Καί οἱ ὑποσχόμενος δοιὰ χρυσοῖο τάλαντα,

Λαμ-

EVDOCIAE
AVGVSTAE
DE S. CYPRIANO
LIBER I. INITIO MVTILVS.

* * * * * * *

Omnes at iuvenes dictis dimisit acerbis,
Christum induta Ducem, soli cui nupserat illa.
Hic vero magnam templi ad subsellia turbam
Cogit, vique bonam tentat violare puellam.
Quotquot erant illi comites, ad sidera voces
Tollere, & armati thalamis prorumpere cuncti,
Aglaidaeque novam confestim pellere gentem.
At miser inclusum servans in pectore amorem,
Percussus, tamquam caeco latitaret, amatae
Virginis amplexus petiit; quae protinus almae
Signa crucis faciens, audentem turpia longe
Proiecit iuvenem resupinum, aptoque comantes
Crine genas manibus foedans vultumque, decoras
Abscidit vestes, cunctorumque ora resolvit
In risus, Theclae divina exempla sequuta.
Haec ubi facta, Dei rursus secessit in aedes.
His super accensus, pravum, magicaque potentem
Advocat arte virum, Cyprianum nomine, supplex,
Binaque promittens auri, argentique talenta

Λαμπροῦ τ' ἀργυρίοιο, ὅπως πείσειεν ἀνάγκῃ
Παρθένον ὐκ ἐθέλυσαν ἐπινεῦσαι φιλότητι,
Οὐ δεδαὼς Χριςοῦ κρατερὸν μένος ἀκαμάτοιο.
Οἰκτείρας δὲ μάγος δυερὸν βροτὸν, ἐξ ἐπαοιδῆς
Κίκλησκεν χαλεπὸν κακοεργέα δαίμονα ῥίμφα.
Α'πτερέως δ' ἐλθὼν, τί μ', ἔφη, καλέεις; ἀγόρευε.
Ο῝ς δ' ἔφατ', αἰνῶς μοι κύρης μιῆς Γαλιλαίης
Η῏τορ ἔρως ἐδάμασσε· σὺ δ' ἔννεπε, εἴ τέ μιν αὐτὸς
Λέκτροισιν δόμεναι κρατέεις; αἰνῶς ποθέω γάρ.
Α῎φρων δ' ἀντίπαλος δώσειν κατένευσεν ἄελπτα.
Κυπριανὸς δ' αὖθίς γε παλαμναῖον προσέειπεν·
Ε῎ννεπέ μοι τεὰ ἔργα, ὅπως φρεσὶ θάῤῥος ἔχοιμι.
Ο῝ς δ' ἔφατ', Α'γγελικῶν ςιχέων πάρος ἦα φέριςος,
Α'λλά γ' ἐμῷ γενετῆρι πεπιθμένος, ἔλλιπ' ἄνακτα
Ε῾πταπόλυ σφαίρης τὸν ὑπέρτατον· ὅσσα δ' ἔρεξα
Εἰδήσεις· ἐρέω δέ. Πόλυ καθαροῖο θέμεθλα
Ταὐτὸς ἐμῇ κακίῃ γε διάνδιχα θήκατα ῥέξα,
Καὶ ςίφος ὐρανίων ναετῶν ἐς γαῖαν ἔριψα.
Μητέρα δ' αὖ μερόπων πάλιν ἤπαφον Εὔαν, ἀνάγκῃ
Νοσφισάμην δ' Α῎δαμον πολυγηθέος ἐκ παραδείσυ,
Καὶ Καΐνυ παλάμην γνωτοκτόνον αὐτὸς ἔτευξα,
Αἵματι γαῖαν ἔδευσα· ἀκανθώδη δ' ἀναθάλλει
Καρπὸν ἀεικέλιον μερόπων γένει εἵνεκ' ἐμεῖο.
Ε'χθρὰ Θεῷ συνάγειρα θεήματα, κ̀ κλοπίας δὲ
Εὐνὰς ἐγὼν ἐτέλεσσα· σεβίζεσθαι δ' ἀμενηνὰ
Εἴδωλα βρότεον νέον ἤπαφον, ἠδὲ θυηλὰς
Α'νθρώπυς ῥέζειν βλοσυρῷ κατεμήνυσα ταύρῳ.
Αὐτὸς κ̀ κρατέοντα Θεῦ Λόγον, ὑὸν ἄναρχον,
Ε'ν σκόλοπι τανύσαι μαλερῷ σοβαρὺς ὀρόθυνα.

Α῎ςεα

Hortatur, carae renuentia corda puellae
Cogat flagranti tandem concedere amori,
Ignorans, Christi virtus quam nescia frangi.
Tunc magus Aglaidae sortem miseratus iniquam,
Evocat actutum tenebrosum daemona cantu.
Adveniens subito, Quid vis? ait ille, profare.
Cui magus haec: Nostrum Galilaeae virginis ardens
Vicit pectus amor: thalamis hanc tradere nostris
Dic, tibi num liceat, namque est mihi magna cupido.
Annuit huic daemon temere insperata daturum.
At magus haec contra sceleratum, Nunc tua, dixit,
Facta doce, nostrae ut subeat fiducia menti.
Tunc ille: Angelicae fueram prius ipse cohortis
Optimus; inde mei genitoris iussa sequutus,
Regem, qui caeli septem supereminet orbes,
Deserui: quae tunc egi nosces modo, singula namque
Promere fert animus. Puri fundamina caeli
In partes discissa duas me auctore maligno,
Atque cohors superûm in terram deiecta colonûm.
Inde meis rursus decepta est fraudibus Eva
Primiparens, laetisque procul migrare viretis
Iussus Adam, dextraque Cain mactatus Abelus:
Caede madet tellus; hinc duros horrida sentes
Me propter, vilesque homini parit undique fructus.
Ipse inimica Deo spectacula taetra coëgi,
Et furtiva toris alienis semina fudi:
Vanaque mortales colerent idola recentes,
Ac torvo ferrent Tauro libamina, suasi,
Consiliis egique meis: Verbumque supremum,
Aeternam sobolem, dira trabe figere adegi.

Ἄστεα συγκλονέω, καὶ τείχεα κάββαλον αἰπά·
Πολλοὺς δ' ἐξ ἔριδος θαλάμους ἐδόνησα χορεύσας.
Ἀλλά γε δὴ τάδε πάντα κακὰ καὶ ἀπείρονα τεύξας
Πῶς τῆσδ' ἠϊθέου μεγαλόφρονος οὐδὲ τυχήσω;
Κυπριανὸς δ' ἔνεπεν κακοτερπέϊ δαίμονι λυγρῷ,
Τήνδε λαβὼν βοτάνην κύκλῳ θαλάμου κατάδευσον
Κούρης αἰδέσιδος· ἀτὰρ ὕστατος ἵξομαι αὐτὸς,
Καὶ νόον ἐνθήσω κραδίῃ πατρώϊον αὐτῇ.
Ἡ δέ σοι ἐλδομένῳ μάλα πείσεται ἔμπερ ὀνείρῳ.
Παρθένος ἠΐθεος δὲ τότ' εἶδος ἔχουσ' ἐπὶ γαίης
Ὤρῃ νυκτελίῃ τριτάτῃ μέλπεν Θεὸν ἠῦν.
Ἀλλ' ὅτε δὴ πραπίδων μέσσον πελεμίζετο κούρη,
Ἐν φρεσὶν ᾗσι νόησεν ἀτασθαλίην κακοεργοῦ
Ἡμιτόμους πρησθεῖσαν ὀφρεῖς πυρί· θᾶττον ἄνακτα
Ἔγνω, τὸν ποθέεσκεν, ἀτὰρ σημήνατο χειρὶ
Σταυρῷ πᾶν δέμας· αἶψα γεγωνήσασα δ' ἔειπεν.
Πάντων δεσπόζων, Θεὲ κύδιμε, παιδὸς ἀχράντου
Ἰησοῦ Χριστοῦ γενέτωρ, ὃς ταρταρόεντα
Αἰνοπέλωρον ὄφιν ζοφεροῖς ἐπέδησας ἐν αὐλαῖς,
Οὓς δὲ πέδαις ζώγρησεν, ὅλους κύδιστ' ἐσάωσας,
Ὃς πόλον ἀστερόεντα τανυσσάμενος σέο χειρὶ,
Γῆν δὲ μέσον χάεος νοτίοις νώτοισιν ἔρεισας,
Ὁ φλογερὰς δαΐδας πώλοις τιτᾶνος ὄπασσας,
Μηνὴν ἀργεννὴν δὲ βοόζυγα νυκτὶ τέλεσσας,
Ὁ βροτὸν ἄνδρα τεῇ μορφῇ τεύξας πανόμοιον,
Ὃν παραδεισιάδος καλιῆς κορέσασθαι ἄνωγας,
Θηρὸς δ' αἰνοτάτου ὄφεως ὑποθημοσύνῃσιν
Εὐδένδροιο πέδοιο λιασθέντα πάλιν αὐτὸς
Διζόμενος ἐσάωσας ἄναξ ἐλεήμονι θυμῷ,
Κείνου δὲ σκόλοπι πληγὴν τεῷ ἐξακέσαο,

Χρι-

Per me commotaeque urbes, eversaque celsa
Moenia, multorumque toros discordia gaudens
Turbavit: totque ipse malis, aliisque peractis
Millibus, audacem dubitem captare puellam?
Tum monstro magus haec tristique malisque fruenti,
Hoc cape gramen, ait, circumque adsperge cubile
Virginis intactae, veniensque novissimus ipse
Iniiciam patrios ima in praecordia sensus;
Illa tibi multum optanti per somnia cedet.
Virgo bonum interea, quum tertia noctis adesset
Hora, Deum, terrae vultum demissa, canebat.
Quum subito concussa gravi praecordia motu
Sensit, nequitiamque mali semiusta gerentem
Igne supercilia agnovit. Regem illico tota
Mente petens, votisque vocans, membra omnia signo
Muniit illa crucis, clamansque bis ora resolvit:
Summe Deus, qui cuncta regis, quo intacta parente
Edita progenies, Christus, qui in Tartara missum
Horrendum obscura religasti sede draconem,
Humanumque genus servasti compede rupto,
Qui manibus caelum stellis ardentibus aptum
Extendens, mediam super humida tergora terram
Firmasti, qui Solis equis ignita dedisti
Lumina, noctivagae formans iuga candida Lunae:
Quo satus, atque tua donatus imagine quondam,
Et paradisiaco satiari dulciter horto
Iussus homo, quique huic horrendi fraude colubri
Decepto, arboribusque sata regione fugato
Ferre iterum voluisti animo miserante salutem,
Illius atque tuo sanasti vulnera ligno,

Χριςῦ ἐπωνυμίῃ πάντ' ἄλγεα τῦδε καθήρας·
Τῦδε γὰρ εἵνεκα πᾶσα φαείνεται ἀνδροφόρος γῆ,
Οὐρανὸς ἐκτετάνυςαι, ἀτὰρ χθὼν ἠρείριςαι,
Υ῞δατα δὲ προχέονται· ὕλη δέ σε μῦνον ἄνακτα
Βαλβὶς παντομέδοντα ἐπίςαται· ἐλθὲ, σάωσον
Σῇ κρατερῇ βυλῇ δμωὴν σέο, μηδέ με δεινὸς
Μῶμος νικήσῃ· σεῦ γὰρ χάριν, ἀφθιτοεργὲ,
Ἠνεκέως μενέμεν ἐθέλω μάλα παρθένος ἁγνή.
Κηρόθι γάρ σε φέριςε λίην ἀγάπαζον, Ἰησῦ,
Δέσποτά μευ πολύαινε· σὺ γὰρ πυρσὸν φλεγέθοντα
Σεῖο πόθῆς πύρσευσας, ἐμῷ δ' ἐνεθήκαο θυμῷ.
Τῷ νῦν μήποτε σὴν δμωὴν δαμάσῃς ὑπὸ χεῖρα
Ἀντιβίυ, ςυγεροῖο, ἀθεσμίυ, ἀντιθέοιο,
Μηδὲ πάρεξελθεῖν με, μάκαρ, σέο θέσφατ' ἐάσῃς,
Ἀλλ' ἀπάλακτ' ἀλάτην, συνθήμονα, αἰνοσοφιςήν.
Ὡ'ς ἡ μὲν τὰ ἕκαςα πιφασκομένη, ἑὸν αἶψα
Σῶμα Θεῦ σφρηγῖδι κεκορυθμένη, βδελυρωπὸν
Αὐτίκα δαίμονα σεῦ' ἐν ἐπωνυμίῃ Χριςοῖο,
Καὶ τὸν μὲν προέηκεν ἀτίμητον μάλα πάγχυ.
Ὅς δὲ σὺν αἴσχεϊ πολλῷ ἔβη κατενῶπα μάγοιο.
Δαίμονα Κυπριανὸς δ' εἰρώτεε, ποῖ πέλει αὕτη,
Ἣν σοι ἐγὼ κελόμην δεῦρ' ἀξέμεν ὅττι τάχιςα;
Ἔννεπε δ' ἀντίπαλος σάφα πάντα· μήτι μετάλλα
Ἤ γὰρ ἐγὼ φοβερὸν περιδείδια σῆμα νοήσας.
Μειδήσας δὲ μάγος, χαλεποῖς ἔργοισι πεποιθὼς,
Κίκλησκεν πάλιν ἄλλον ἀταρτηρὸν Βελίαρον.
Κυπριανῷ δ' ἀγόρευε, μάθον ϗ σεῖο ἀνωγὴν,
Καὶ τῦδ' αὖ κακότητα· ὅθεν γενέτης μ' ἀνέπεμπε
Σῶν ἀχέων ἐπαρωγόν. ὁ δ' αἶψα μάγος κεχαρηὼς
Ε῎υ-

Propellens cunctos Christi cognomine morbos.
Quem propter genitrix hominum comparuit omnis
Tellus, extensum est caelum, firmataque terra,
Vndaeque effusae: at solum te cuncta prementem
Imperio noscunt rerum fundamina Regem.
Adsis, atque tuam famulam tueare potenti
Consilio, ne me vincat derisor iniquus:
Incorruptorum nam te, faber alme, iuvante,
Virgineum cupio aeternum servare pudorem.
Scilicet ex animo dilexi te, optime Iesu,
Ac multum celebrande Deus: namque ignea amoris
Flamma tui succensa, meoque est indita cordi.
Ne famulam, ne, quaeso, tuam adversantis, iniqui
Daemonis invisa subigi ditione, tuamque
Permittas umquam legem violare, beate:
Sed nunc tolle vagum, mendacem, foeda loquentem.
Haec ubi dicta dedit, divino protinus ipsa
Armavit corpus signo, Christique vocato
Nomine, deformem visu, turpemque fugavit,
Ac penitus spretum proiecit daemona longe.
Ille autem multo suffusus corda pudore
Adstitit ante magum, quaerentique, est ubi virgo,
Quam te huc actutum iussi deducere? clare
Cuncta docens, ait, Vlterius ne quaere; tremendum
Namque videns signum tremui formidine totus.
Subrisit, rursusque alium Cyprianus iniquum
Daemona, Thessalica confisus in arte vocavit.
Adfuit hic, Iussusque tuos, & inertia novi
Corda, ait, alterius; meque huc pater ipse dolenti
Ferre tibi auxilium misit. Nec plura loquuto

Ε῎ννεπε, τῇ τόδε δαῖμον, ὅλον δῶ παρθένυ ἀγνῆς
Φαρμάκῳ ἐγκατάδευσον· ἐγὼ δ' ὄπιθεν σέο βαίνω,
Πείσειν δ' αἶψ' οἴω μιν. ὁ δ' ᾤχετο. Σεπτοτάτη δὲ
Παρθένος αἰδοίη νυκτὸς κατὰ μέσσον ἄνακτι
Εὐχωλὴν ἀνέπεμπε, τάδε ἐκ ςομάτων προϊεῖσα·
Μεσσατίην κατὰ νύκτα ἐμῶν λεχέων ἀνορῦσα
Ε᾿ξερέειν κύδιςε ἁμαρτάδας, ἅσπερ ἔτευξα,
Εὐδικίης κατενῶπα τεῆς, κρίσεως δέ τ' ἀληθῦς,
Ω῾ κρατέων γενετῶν, ἐλεητύος ἄφθονε δωτὴρ,
Αἰθερίων νομοδῶτα, καὶ ὀρανίων ἐπίκυρε,
Ο῝ν γαίη τρομέει, καὶ ἀντιθέυ ὀλοοῖο
Ο῝ς μένος αἰσχίςως ὄλεσας γενέτυ· Α᾿βραὰμ δὲ
Δεξάμενος θυσίην ὡσεὶ μεγάλην ἑκατόμβην·
Ο῝ς Βῆλον κατέριψας, ἐπί τε δράκοντα κατέκτας,
Καὶ διὰ σῦ θεράποντος ἐυσεβέος Δανιήλυ
Περσῶν ἔθνεα πάντα τεὴν θεότητα δίδαξας·
Ο῝ς διὰ τηλυγέτυ Χριςοῦ σέο παιδὸς ἅπαντα
Εὖ διεκόσμησας, καὶ ἐν χθονὶ φέγγος ἄναψας·
Ο῝ς νέκυας μετὰ πότμον ὑπότροπον ἐς φάος ἧξας,
Λίσσομ' ἄναξ σέο, μή με κακοῖς ἐπιβήμεν' ἐάσῃς,
Α᾿λλά γ' ἐμεῖο φύλαξον ἄναξ δέμας αἰὲν ἀπῆμον,
Δαῖδά τε παρθενίης γε παράσχεό μοι ζείουσαν,
Ο῎φρα σὺν ἡμετέρῳ μνηςῷ νυμφῶνα κατείδω
Χριςῷ, συνθεσίας δ' ἀποτίσομαι ἅσπερ ὑπέςην.
Αὐτοῦ γὰρ κράτος ἐςὶ, γέρας θ' ἅμα κύδεϊ, ἀμήν.
Ω῾ς ἡ μὲν τὰ ἕκαςα λιτάζετο, αὐτὰρ ὁ δαίμων
Εἵνεκ' ἀγηνορίης σὺν αἴσχεϊ φεῦγε κατηφὴς,
Ε᾿λθὼν δ' ἄντα μάγοιο παρίςατο. Κυπριανὸς δὲ
Εἴρετο, ἔννεπε, δαῖμον, ὅποι πέλει ἣν κελόμην σε

Α῎ξειν

Sic magus exsultans: Haec iam medicamina, daemon,
Accipe, & intactae totas line virginis aedes.
Ipse sequar, primisque, reor, congressibus illam
Seducam. His dictis abiit mandata facessens.
Nox erat, & Regi veneranda puella supremo
Mittebat de more preces, sic ora resolvens:
Corripui corpus media de nocte cubili,
Iustitiam ante tuam, Rex inclyte, iudiciumque
Verum, cuncta meae fassura piacula vitae.
O qui cuncta creata regis, misereris abunde,
Aetheriis leges ponis, caelestia firmas,
Quem metuit tellus, quo vindice turpiter olim
Totius sobolis cecidit furor impius: Abrae
Cui dilecta, boumque instar fuit hostia centum:
Per quem deiectus Belus, serpensque peremptus;
Per quem etiam multa insignis pietate minister
Edocuit cunctos Daniel tua Numina Persas;
Quique per unigenam Christum, recto ordine cuncta
Disponens, terram replesti luce, novasque
Mortua post obitum revocasti corpora in auras.
Rex, oro, ne me ulla sinas in crimina labi,
Sed corpus sine labe meum tuearis in omne
Tempus, virgineique facem largire pudoris
Ardentem, ut thalamos sponso comes addita Christo
Invisam, pepigi quondam quae foedera servans.
Gloria namque illi simul est, bonor, atque potestas.
Has ubi virgo preces emiserat, illico daemon
Aufugit maestus, fastu cogente pudorem,
Et veniens stetit ante magum, frustraque puellam
Quaerenti, actutum quam duci iusserat illuc.

Pau-

Α῎ξειν παρθενικήν; ὁ δ' ἀμείβετο, ἦ μάλα δή με
Νίκησεν κρατερῶς σημήϊον, ὅττι δέδορκα
Φρικτὸν ἄδην πάντεσσιν, ὑπέρβιον, ὐχ ὑποεικτόν.
Αὐτὰρ ὁ Κυπριανὸς κάλεσε κρατερώτερον ἄλλον,
Ο῝ς πάντων ἤνασσε, κ̧ ἦ γενέτης μελανωπῶν.
Τῷ δ' ἔφατ', Οὐτιδανὸς σὺ πέλων ὑπέδειξας ἀφαυρέ;
Ο῝ς δέ γε θαρσαλέως ἀπαμείβετο, Α῎ρτι κομίζω
Κείνην παρθενικήν σοι, ἑτοιμότατος δὲ μάλ' ἔσσω.
Κυπριανὸς δ' ἀπάμειπτο, ἐμοὶ σημήϊον εἰπὲ,
Ο῎ττι τελεσσάμενος νίκης ἔντοσθε γένηαι.
Ο῝ς δ' ἔφατο, Πρῶτον κλονέω μέλεα πυρετοῖσιν·
Αὐτὰρ ἐπεὶ μετὰ ἕκτον ἐγὼν ἦμαρ πάλι κείνην
Θαμβήσας κατὰ νύκτα ἑτοιμοτάτην σοι ἀγεινῶ.
Καί ῥ' ἐλθὼν ἀσύφηλος ἐπιςὰς παρθένῳ ἁγνῇ,
Παρθενικῆς ἑτέρης εἶδος, κ̧ εἵμαθ' ὅμοιος,
Ε'ν λεχέεσσι καθῆςο, δόλῳ δ' ἀνενείκατο μῦθον.
Η῏λθον ἐγὼ μετὰ σεῖο ἀπ' αὐτῆς τῆσδέ κεν ἠοῦς
Παρθενίῃ ἐρατῇ ἐπιτερπομένη, ἐπεὶ ἦ με
Χριςὸς ἄναξ προΐηλεν, ὅπως κέ με ὧδε τελέσσῃ.
Α'λλὰ, φίλη, τόδε λέξον ἐμοὶ, πόσον ἐςὶν ἔπαθλον
Παρθενίης ἐρατῆς, κ̧ μισθὸς ὅσος τετάνυςαι;
Καὶ γὰρ δή σ' ὁρόω ἀλιβάντεσιν εἴκελον ὧδε
Αὐςαλέης βιοτῆς, ϗ ἀνικμοτάτοιο τραπέζης.
Παρθένος αἰδοίῃ δ' ἀπαμείβετο. Οὐτιδανὸν μὲν
Α'θλοθέτημα πέλει, μείζων δέ τε μισθὸς ὀπηδεῖ.
Αὐτὸς δ' αἰσυλόμητις ἔφη, Οὐ παρθένος ἦεν
Ε'ν παραδεισιάδος δαπέδῳ Εὔη σὺν Α'δάμῳ·
Α'λλ' ἐπεὶ ὑςατίοισι χρόνοις μίχθη λεχέεσσι
Πρωτογόνυ Α'δάμυ, παίδων μήτηρ ἀνεδείχθη,
Ε῎νθεν σπέρμηνεν γενεὴν πάντων μεροπήων,

Ε'σθλὰ

Pauca refert: Et me quae vidi signa potenter
Vicerunt certe, nimium signa horrida cunctis,
Queis est exsuperans, & nescia cedere virtus.
Tunc alium, cui vis maior, quemque omnia monstra
Nigra oculis regemque timent, patremque, vocavit
Daemona, Tuque, inquit, cessisti vilis, inersque?
Ille autem audacter: Per me deducta puella
Mox aderit, fac tantum animo sis ipse parato.
Tunc Cyprianus ait, Quaeso, mihi detege signum,
Quod dein perficiens capies optata trophaea.
Qui retulit: Primum quassabo febribus artus
Virginis, inde dies ubi sexta advenerit, illam
Attonitam noctu reddam, ducamque paratam.
Nec plura. Intactam vilis stetit ante puellam,
Alterius referens vestes, ac virginis ora,
Conseditque toro, ficto sic ore loquutus:
Tecum ego ab Eoa veni regione profecta,
Virginitate fruens blanda; me misit & ipse
Christus, ut efficiar sic te perfecta magistrâ.
Sed pro virgineo certantem, cara, pudore,
Dic mihi, quae maneant te praemia, quantaque merces.
Nam video gelidis tua membra simillima functis,
Squallida vita tibi est, nec non parcissima mensa.
Candida tunc contra virgo, Certaminis, inquit,
Exiguus labor est, merces tamen ampla sequetur.
Impia sed meditans daemon, Cum coniuge, dixit,
Haud certe virgo in laetis fuit Eva viretis.
Verum postremis thalamo coniuncta diebus
Adam primigeni, natorum prodita mater,
Inde omnem genuit proprio de semine gentem.

No-

Ἐσθλὰ δὲ πάντ' ἔμαθεν. Τότε δὴ τότ' ἔμελλεν Ἰοῦσα
Δαίμονι πειθομένη θυρέων ἔκτοσθε γενέσθαι.
Γηθήσας δ' ὁ ἄλαστος ἔβη παιδὸς πάρος ἔξω.
Ἡ δ' ὡς οὖν ἐνόησε δόλον ὀλοόφρονος ἐχθροῦ,
Ἂψ ἐπὶ εὐχωλὴν νόον ἔτραπεν, ὃν δέμας αἶψα
Σταυρῷ σημήνασα, ἀπὸ στομάτων δέ τ' ἀήτην
Πέμψασ' ἐλέγχιστον βαρὺ δαίμονα ὦσεν ἀπ' οἴκου.
Τυτθὸν δ' ἀμπνεύσασα ἀπὸ κλόνου, ὧδ' ἀγόρευεν,
Ἀθανάτῳ χάριν, οἶδα, πυροῦσα δὲ νοῦσος ἀπέσβη.
Εὐχομένη δ' ἔφατο, Χριστὲ κρατέων, γέρα σεῖο,
Σῶμ' ἐμὸν ἐκπερόνησον ὑποτρόμεόν σε, φέριστε,
Καὶ πάλι, σῇ μ' ἐλέαιρε θεμιστοῖ· δός τε δὲ κῦδος
Οὔνομα σὸν φορέειν. Κατηφιόων δὲ μάλ' ἦλθεν
Ἀντίθεος κατενῶπα μάγου τετιημένος αἰνῶς.
Τὸν δέ τε Κυπριανὸς τότ' ὀνειδίοις βάλε μύθοις,
Μὴ ἄρα καὶ σὺ νέης ἑλικώπιδος ἔτρεσας ὄμμα;
Ἀλλά γε λέξον ἰδὼν κούρης σθένος οἷον ἔνεστιν.
Ἔννεπε δ' ἀντίβιος, Μή μ' εἴρεο, μηδὲ μετάλλα.
Οὐ δύναμ' ἐξερέειν σημήϊον οἷον ἐσεῖδον,
Δείλαιος τρομέων δ' ἀναχασσάμενος φύγον αἶψα.
Εἰ δὲ μαθεῖν ἐθέλεις, αὐτὸς μέγαν ὅρκον ὄμοσσον.
Κυπριανὸς δ' ἀπάμειπτο καὶ εἴρετο, Ποῖον ὀμόσσω
Ὅρκον; ὁ δ' αὖτ' ἀπάμειπτο, Ἐμῶν μενέων κατὰ πάντων,
Ὧνπερ ἔχω κρατέω τε. ὁ δ' ὡς κλύεν εὐθὺς ὄμοσσε,
Μήποτε δὴ προλιπεῖν τὸν ἀγήνορα. Καὶ τότ' ἔειπε
Θαρσήεις, Χριστοῖο τανυσθέντος σκολοπηΐ
Σφρηγίδα παπτήνας τρομέων φύγον. Ὃς δὲ προσηύδα,
Εἶπ' ἄγε μοι, κρείσσων γὰρ ὑπάρχει σεῖο μάλ' αὐτός;
Ἔννεπε δ' ἀντίπαλος, Κλῦθί μευ, καὶ ἀληθέα λέξω.
Ὅσσα γὰρ ἐνθάδε ἄμμες ἀλιτροσύνης ὑπὸ λυγρῆς

Ῥέ-

Novit & omne bonum. Tunc iam, tunc virgo volebat
Spiritui credens efferre e limine gressus.
At laetus daemon cursu praevertit euntem.
Quae simul infestas inimici comperit artes,
Intenditque animum precibus, signoque salutis
Membra tegens subito, spiransque ex ore furorem
Multis affectum probris sede expulit hostem.
Ast ubi mota parum requierunt pectora, dixit,
Aeterno grates, novi, morbusque recessit
Igneus. Inde preces fundens, Tua munera, quaeso,
Clamabat, transfige tuo mea membra timore,
Christe potens, nostrique tua de lege misertus,
Ferre tuum semper fac glorier, optime, nomen.
At magus abiecto redeuntem daemona vultu,
Et graviter maestum, dictis obiurgat acerbis:
Tene etiam pulcrae adspectum timuisse puellae?
Sed quae illi virtus, quum videris ipse, fatere.
Cui daemon, Ne quaere, inquit, ne scire labora.
Qualia perspexi non possum dicere signa.
Territus aufugi subito, timidusque recessi.
Quod si scire tamen cupias, mihi dicito magnum
Ipse sacramentum. Quod dicam? rettulit ille.
Tunc daemon, Iura per quae mihi cumque potestas
Imperiumque datum. Simul hoc magus auribus hausit,
Iuravit numquam se velle abscedere ab ipso.
Tunc daemon fidens, Extensi robore Christi
Visa meis oculis trepidantem signa fugarunt:
Quaerentique mago, num Christus fortior illo,
Respondit, Dum vera loquar, tu percipe mente.
Quae nos heic gerimus, nostro deceptus ut astu

Mor-

Ρ'έξωμεν, μέροπάς τε βροτὺς ἀπάτῃσι διδόντες,
Ε'ς' ἐπιεικτὸν ἅπασιν· ἀτὰρ βιοτὴν ἐς ἐκείνην
Γναμπτὸν χαλκότυπες πέλει ὄργανον, αὐτὸ πυρωθὲν
Κεῖται ἐνὶ μέσσοισιν· ἀτὰρ σχεδὸν ἤν τις ἁμάρτοι,
Α'γγελος ἠὲ βροτὸς, σὺν ταὐτῷ ἀγγελιῶται
Χριστοῦ σταυροπαγοῦς ἐπὶ βήματος ὦκα φέρυσι.
Κυπριανὸς δ' ἀγόρευσεν, Α'γ' ἔκθορε, ἐς φιλίην γὰρ
Ε'ρχομαι ἀπτερέως, καί μοι τάχος ἀνδάν'. ἐρῶ δὲ
Σταυροχάρη ποθέειν, μήπως τλαίην τὰ ὅμοια.
Εἰδεχθὴς δ' ἀπάμειπτο, Ο'μοσσάμενος μέγαν ὅρκον
Παρβασίης δ' ἀλέγεις; ὁ δ' ἀνείρετο, Ε'ννεπ', ἄλαστορ,
Ο'ρκια ποῖά σοι ὠμοσάμην νῦν αὐτὸς; ὁ δ' εἶπεν,
Ε'ς κρατερὰς τὰς ἐμὰς δυνάμεις. Α'πάμειπτο μάγος δὲ,
Οὔτε σε, ὔτε τεὰ περιδείδια, ἔχθιτε, ἔργα.
Νυκτὶ γὰρ ἀτρεκίην τῇδ' ἔμμαθον ἐκ σέο πᾶσαν
Εἵνεκα παρθενικῆς ἀράων ἁγνῶν τε λιτάων,
Καὶ σταυροῦ σφεδανοῖο· σὺ γὰρ μάλα ἐσσὶ ἄναλκις.
Τῷ νῦν ἐν ῥεθέεσσιν ἐμοῖς σφρηγῖδα κραταιὴν
Θήσω ἐγὼ, τήνπερ τε μέγα κρείυσαν ἔειπες·
Σὴν φιλίην δ' ἀθερίζω ἀπειπάμενος σέο βυλάς.
Ο'ς δ' ὡς ὖν τάδ' ἔειπε, γέρας Χριστῷ πόρεν εὐθὺ,
Δαίμονα δ' αἰνὸν ἔλασσεν, ἀπέρχεο τηλόθι, λέξας,
Δίζημαι γὰρ Χριστόν· ὁ δ' αἴσχιστος κίεν αἶψα.
Κυπριανὸς δὲ λαβὼν βίβλυς μαγικὰς κατέθηκεν
Ω'μοισι στιβαροῖσι νέων ἀγέμεν ποτὶ οἶκον
Α'χράντοιο Θεοῦ, ὃ δ' αὐτὸς ἐφέσπετο ταῖσδε.
Πὰρ ποσὶ δὲ προπάροιθε πεσὼν θείυ ἱερῆος
Α'νθίμυ [1] ἀντιόων, τάδε οἱ φάτο· Α'θανάτοιο
Ε'ν-

(1) Quum in Converſione Latina, quae refertur Tom. III. Theſauri Novi Anecdotorum Martene, & Durand pag. 1621. utroque

Mortalis tristi subdatur crimine, cunctis
Illa patent: vita sed aheneum in illa, & aduncum
Est instrumentum quoddam, quod sistitur ardens
In medio: tum si quis (homo, sive angelus ille)
Quid minimum peccet, mox nuncia turba per ipsum
Ante thronum ducit suspensi robore Christi.
Tunc Cyprianus ait, Procul esto, in foedera Christi
Festinare lubet (celeres nam diligo motus)
Et cruce gaudentem, patiar ne talia, amare.
Cui monstrum, Quae mox iurasti maxima, dixit,
Nunc violare paras? At quae tibi, (retulit ille)
Impie, iuravi? Per quae mihi cumque potestas
Imperiumque datum, respondit daemon. At ille,
Nec te, nec tua facta, inquit, scelerate, pavesco.
Nocte ista siquidem vera ex te noscere cuncta
Virginis intactae licuit per vota precesque,
Terrificamque crucem: nullo nam robore polles.
Nunc etiam, quibus imperium, te iudice, magnum,
Ipse meis ponam signacula fortia membris.
Iamque tuus mihi sordet amor, tuaque ipse recuso
Consilia. Haec fatus, Christo persolvit honores,
Eiiciensque malum, procul hinc, procul aufuge, dixit,
Nam Christum quaero. Subitoque nefarius ivit.
Tunc magicae libros Cyprianus colligit artis,
Et iuvenum validis intacti ad Numinis aedem
Dat gestare humeris, sequitur quos cominus ipse.
Obvius inde pedes prosternitur ante sacratos
Praesulis Anthimii, sic illum voce precatus:

modo legatur, nos metri gratia pro *Anthimo* *Anthimium* reddidimus.

Οὐρανίου θεράπων στρατιῇ Χριστοῦ προβέβυλα
Βύβλῳ ἐγκαταλέξαι ἐμὸν κέαρ. Ὃς δὲ χολωθεὶς
Ἔννεπέν οἱ, Κακότητα τεὴν ἀπέρυξον ὀπίσσω·
Οὔ σοί γ' ἄρκιόν ἐστιν ἀφ' ἡμέων ἔκτοθ' ἐόντα
Ἔρδειν οἷα βέβυλας; ἀνακτορίων δέ τ' ἀλεύου·
Καὶ γὰρ παντομέδοντος ἀήττητος τέλει ἰσχύς.
Κυπριανὸς δ' ἀπάμειπτο, Κἀγὼ φρεσὶν ᾖσιν ἀνέγνων,
Ὡς Χριστοῦ δύναμις κρατερὴ πέλει, ἠδὲ μεγίστη.
Τῇδε γὰρ ἐν νυκτὶ κόρῃ σεπτῇ κατέπεμψα
Δαίμονας ἀντιθέους, ὅπως ἀπάτης ἐνὶ δεσμοῖς
Θηρήσωσι νόον κρατερόφρονος ἠϊθέοιο.
Ἡ δὲ μαθοῦσα νόῳ, εὐχῇ, σφρηγῖδι τε Χριστοῦ
Νίκησε κρατερῶς. νῦν δ' ἄνσχεο, καὶ δ' ἐλέησον,
Αἰδόμενος δ' ἱκέτην σέο, δέχνυσο φέρτατε φωτῶν
Βίβλους, ἔνθεν ἐγὼ κακὰ μυρία τεῦχον ἀλιτρὸς,
Καὶ πυρὶ τάσδ' ἀμάθυνον, ἐμὴν ψυχὴν ἐλεαίρων.
Πεισθεὶς δ' ἀρητὴρ βίβλους λάβε, φλέξε δὲ πάσας,
Κεῖνον δ' εὐλογέων ἀγανοῖς μύθοις ἀπέπεμπε,
Πυκνὰ παραιφάμενος σηκοῖς Θεοῦ ἐγκαταδύνειν.
Κυπριανὸς δ' ἄψορρος ἰὼν ἑὸν ἐς δόμον αὖθις,
Ῥέξας εὖτε κόνιν μορφὰς βρετέων ἀμενηνῶν,
Πᾶσαν δὲ ζοφερὴν νύκτα πεπλήγετο σῶμα,
Καὶ φάτο, Πῶς δ' ἂν ἐγὼ Χριστοῦ βλεφάροισι φανείην
Τόσσα κακὰ ῥέξας; πῶς δ' ἂν Θεὸν εὐλογέοιμι
Ἡμετέροις στομάτεσσι, δι' ὧν ἑτέρους ἀθέριξα,
Δαίμονας οὐλομένους ἐν ἐμοῖς καλέων στομάτεσσιν;
Καὶ τέφρην κεδάσας κατὰ γῆν, Θεοῦ ᾔτεεν οἶκτον
Σιγαλέως κατὰ γαῖαν, ἐπεὶ τρόμεεν μέγ' ἀῦσαι.
Ἀλλ' ὅτε δὴ ῥοδόπηχυς ἐπήλυθεν ἀργέτις ἠὼς
Σαββατικῆς μεγάλης, τότε δὴ πέλε πᾶσι θαλείη.

Ὡς

Servus in aeterni supremique agmine Christi
Iam mea proposui conscribere corda libello.
Iratus tunc ille, Tuam procul eripe, dixit,
Nequitiam; longe a nobis quaecumque patrasti,
Non tibi visa satis? Sacros ne accede penates;
Namque invicta Dei virtus est cuncta regentis.
Tunc Cyprianus ait, Nostrae quoque noscere menti
Sorte datum, quod magna Dei sit firmaque virtus.
Ipse etenim exacta venerandam nocte puellam
Pluribus impetii monstris, si forte doloso
Magnanimam illius captarent compede mentem.
Sed precibus, validoque crucis signo omnia vicit
Virgo potens animi Nunc me tueare misertus,
Et veniam oranti tribuens, hos accipe libros,
Optime terrigenûm, queis tot mala perditus egi,
Atque meam miserans animam, da protinus igni.
Credidit, & libros capiens exussit ad unum
Antistes, tum fausta precans, illumque frequenter
Templa Dei properare monens, placido ore remisit.
Tunc proprias gressus referens Cyprianus ad aedes
Vanaque contrivit divûm simulacra, suumque
Tota nocte gravi feriit sub verbere corpus,
Haec fatus: Christi ante oculos quo denique pacto
Tot scelerum reus accedam, nostroque Tonantis
Ore canam laudes, reliquis quo damna paravi,
Et tantum Stygias pestes in vota vocavi?
Hinc cinerem spargit, veniamque a Numine poscit
Stratus humi tacitusque, timet nam tollere vocem.
Candida iamque aderat roseis Aurora lacertis,
Magna resurgentis referens sollemnia Christi,

Ὡς δὲ κὴ αὐτὸς ἔβαινε Θεῦ μεγάλοιο νέηλυς
Σεπτὴν εἰς ἄγυριν, πωλεύμενος ηὔχετο τοῖα·
Δέσποτα, εἰ θεράπων τεὸς ἄξιος ἔμμεν' ὀΐω,
Δός με τεοῖς μεγάροισιν ἰόντα γε μῦθον ἀκῦσαι
Ἐκ γραφικῶν βίβλων εἰς κληδόνα εὖ μάλα ἐσθλήν.
Ὃς δ' ὡς ὖν ἐπὶ βηλὸν ἔβη ναῦ, ἔννεπε Δαβὶδ
Δῖος Ἰεσσιάδης, Ὄρα κύδιμε, μηδὲ μεθήσῃς,
Ὦ κρατέων, μηδ' αὖ με λαθὼν τηλῦ σέο τεύξῃς.
Αὖτις δὲ προφάτωρ Ὠσηὲ μέγας τάδ' ἔειπεν
Ἔνθυς, Εἰ δ' ἄγε μὴ πάϊς ἔσσεται. Αὐτὰρ ὁ αὖθις
Δαυΐδης ἀγόρευε, Προέσιχον ὄμματ' ἐμεῖο
Ὄρθρον Φωτοφαῆ νυκτὸς ζοφερῆς ἐλατῆρα,
Ὄφρα γε θειοτέροις σέο ῥήμασιν ἕσπομαι αἰέν.
Ἡσαΐας δ' ἑτέρωθι, Φόβος σέο μήτοτ' ἀπαυρῇ
Θυμὸν, τέκνον ἐμοῖο, κὴ ὃν φιλέω Ἰακώβην,
Ὃν πάντων κατέλεξα περικτιόνων πρόμον ἄλλων.
Παῦλος δ' ὧδ' ἀγόρευε θεηγόρος, Αὐτὸς ἀνάσσων
Ἡμέας ἐπρίατο Χριςὸς δυσπεμφέλυ ἀρῆς
Ἐκ προτέρης θέμιδος. Πάλι δ' ἔννεπεν ὧδ' ὑποφήτης
Δαβὶδ ἀριςολύρης, Τίς δ' ἂν Θεῦ ἐξερεείνοι
Ἀθανάτυ δύναμιν, κὴ ὕασι πᾶσιν ἐνίσποι
Ὕμνυς παντομέδοντος; Ἔπειτα δὲ τεῦχος ἄνακτος
Θειοτέρων ἐπέων, μετέπειτα δὲ ἀρητῆρος
Παρφασίη· ἀτὰρ αὖτε κατηχήεις λόγος ἀνδρῶν,
Ἔξιτε ἐκ νηοῖο Θεῦ βροτοὶ ἡμιτέλεςοι.
Κυπριανὸς δ' ἀγανὸς θώκοις ἔτι ἧςο σιωπῇ.
Ἀςέριος δέ τις ἦε διάκτορος, ὃς φάτο τῶδε,
Ἔξιθι κοιρανίων μεγάρων. Τὸν δ' ἂψ ἀπάμειπτο,
Σταυροπαγῦς Χριςῦ θεράπων πέλω, ἔκτοθι δ' αὖ με
Σεύεις; Τῷ δ' ἐνένειπε διάκτορος, Ἀλλ' ἔτι σύ γε

Οὐ

Quum magni simul ipse Dei novus assecla venit
In sacrum caetum, doctusque ita voce precatus:
Si, Deus omnipotens, mereor tuus esse minister,
Da, precor, ex sacris libris tua templa petentem
Accipere auguriis oracula plena secundis.
Ast ubi prima sacri ventum est ad limina templi,
Isacides ait, Omnipotens, me respice, neu me
Destituas, latitansque tuo procul ore repellas.
Tum magnus, sacroque adflatus numine vates
Oseas, Agedum servus iam non erit, inquit.
Atque iterum David: Mea lumina matutinum
Praevenere iubar, quo noctis opaca fugantur,
Vt divina sequar tempus tua dicta per omne.
Ast alibi Esaias, Animum non auferat, inquit,
Formido, mi nate, tuum, & quem diligo Iacob,
Finitimisque ducem selegi ex omnibus unum.
Divinus sic Paullus ait: Nos ipse prioris
Rex Christus solvit maledicto legis acerbo.
Rursus & ipse Dei interpres, citharaeque peritus
Concinit Isacides: Aeterni robora Regis
Quis canat, atque aures hominum quis cuncta regentis
Carminibus repleat? Tum post recitata supremi
Carmina sacra Dei, nec non de more peractos
Presbyteri monitus, vox est audita virorum,
Nondum perfecti divino abscedite templo.
Ast humilis Cyprianus adhuc quum scamna teneret
Ore silens, quidam, Sacris te proripe tectis,
Nuncius Asterius dixit. Cyprianus at illi,
Mene exire iubes extensi robore Christi
Servitio addictum? Sed nondum, rettulit ille,

Οὐ πλήρης τελεθεὶς δοῦλος κρατεροῖο Θεοῖο.
Αὐτὸς δ' αὖθις ἔειπε, Θεὸς ζωὸς πέλει αἰὲν,
Ὅς τις ἐλεγχίστους κακοδαίμονας οἷος ἔδειξε,
Σῶσε δὲ παρθενικὴν, καὶ ἐμὴν κραδίην ἐλεήρας,
Ἔκτοθι τῶνδε δόμων οὐ μοι θέμις ἐστὶν ἱκέσθαι,
Εἰ μὴ πίστεως ἐντὸς ἐγὼ Χριστοῖο γενοίμην.
Ταῦτα μαθὼν δὲ Θεοῦ ζάκορος τάχος ἦλθ' ἱερῆϊ
Ἀγγέλλων. Ὁ δ' ἔπειτα καλέσσατο, ὡς δ' ἐπεῴκει
Κυπριανῷ πολέας τε ἀταρτηροὺς φάτο μύθους,
Εἰρωτῶν ὅσ' ἔοργεν· ἀτὰρ τόσον εὐξάμενός γε
Ἔργα Θεοῖο δόνησεν, ὅσα περὶ κόσμον ἔτευξε,
Καὶ τότε δὴ θείοισι λοετροῖς ἁγνὸν ἔτευξε.
Ἠοῖ δ' ὀγδοάτη γένετ' αἰτυβοῆς πολυστέπτων
Βίβλων χριστοφάτων· ἀτὰρ εἰκάδι πεμπταίῃ τε
Μείων τυτθότερός τε διακτορίης τετέλεστο.
Καὶ θυρεῶνας ἔχεν σεπτῆς ἅμα μυστιπολείης.
Ἤματα πεντήκοντα δ' ὅτ' ἤλυθεν, ἄξιος αἶψα
Γένετο διακτορίης· ἀτὰρ κρατερῶς ἐδάμαζεν
Ἀντιθέων γε φάλαγγας ἀνκιδήτων ἀπαλάμνων,
Καὶ νούσους στυγερὰς μελέων ἀποήλασεν ἀνδρῶν,
Ἤδη καὶ πολέας Χριστοῦ ἐς πῶεον ἦγεν
Εἰδώλων κακόπιστον ἀναινομένων ἀλάωσιν.
Ἀλλ' ὅτε λυκάβας τέλος ἔλλαβεν, ἔλλαχε θῶκον
Ἀρητῆρος ἴσον· δέκα δ' ἑξείης ἐνιαυτοὺς
Μίμνεσκεν διέπων κλισμὸν τότε δημογέροντος.
Καὶ τότε δὴ μακαριστὸς ἐπίσκοπος Ἄνθιμος ἠῢς
Γρῆας κίκλησκε περικτίονας ἅμα πάντας,
Λέξας δ' ὅσσ' ἀγορῇ Χριστοῦ πέλεν αἴσιμα πάντα,
Εἰσέτι κόσμον ὁρῶν κλισίην πόρε Κυπριανῷ γε·
Αὐτὰρ δὴ μετὰ βαιὸν ἐς οὐρανὸν Ἄνθιμος ἐλθὼν

Ποί-

Perfecta summo famularis mente Tonanti.
Cui Cyprianus ait. Vivit Deus omne per aevum,
Daemonas opprobrio dignos qui prodidit unus,
Atque meam miserans animam, servavit Iustam,
Haud mihi fas efferre isto de limine gressum,
Ni prius alma Fides Christi me reddat alumnum.
Haec simul aedituus didicit, celer omnia sacro
Nunciat Anthimio. Cyprianum hic advocat, utque
Par erat, austero multa ore profatur ad illum,
Quae fecit quaerens; tum fundens vota parumper,
Quae Deus in mundo gessit, cuncta ordine pandit,
Lustravitque virum sacra baptismatis unda.
Octavoque die sacros perlegit in aede
Libros Christiloquos: viginti, & quinque peractis
Iste pusillus adhuc sacris minimusque dicatus
Ordinibus, portasque habuit, curamque sacrorum.
Quinquagena dies ubi venerat, illico munus
Exercere suum dignus fuit; inde potenter
Spirituum domuit taetras vilesque phalanges,
Humanoque graves pepulit de corpore morbos,
Atque adeo Christi multos in ovile reduxit,
Qui caecam vanamque fidem renuere deorum.
Iamque anno vertente parem Cyprianus adeptus
Presbyteri sedem; spatiumque decenne ministri
Munere defungens solio senioris adhaesit.
Tunc bonus Anthimius Praesul, vereque beatus
Omnes finitima accitos regione coëgit
Presbyteros, Christique choro digna omnia fatus,
Vivus adhuc, propriae Cypriano sedis honorem
Sponte dedit: tum regna petens caelestia, sancto,

Ποίμνην, ἧς πρόμος ἦεν ἀγαυῷ πάρθετο φωτί.
Αὐτὰρ ὁ Κυπριανὸς διέπων Θεȣ̃ ἀγλαὸν οἶκον
Παρθενικὴν ὑπεδέκτο διακτορίηφι γερήρας,
Οὐδέτι μιν καλέεσκεν Ἰ'ȣ́σαν, ἀλλ' ὀνόμηνεν
Ἰ'ȣςῖναν ἄμωμον, ὅλων δέ τε μητέρα θῆκεν
Κȣράων ἀταλῶν Χριςȣ̃ μεγάλων θεραπαίνων.
Πολλȣ̀ς δ' ἐκσώσας δυσπειθέας αἰνοσιθρήσκȣς,

Παρφάμενος Χριςὸν ποθέειν, μογέων ἐκόμιζεν

Εἰς ἀγέλην μεδέοντος, ὃς αἰὲν ἔχει γέρας, ἀμήν.

ΤΕΛΟΣ ΤΗΣ ΒΙΒΛΟΥ ΠΡΩΤΗΣ.



ΠΕ-

Cuius erat custos, homini commisit ovile.
Hinc divina regens Cyprianus templa puellam
Excepit, sacroque Ministrae ornavit honore,
Et veteri Iustae mutato nomine, dixit
Iustinam intactam, cunctisque praeesse tenellis
Ancillis voluit Christo famulantibus unam.
Tum multos etiam, queis vana insederat altâ
Mente superstitio, Christi servavit amore
Succensos, multumque ferens in ovile reduxit
Supremi, cui semper honos & gloria, Regis.

FINIS LIBRI PRIMI.



DE

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΚΥΠΡΙΑΝΟΥ

ΒΙΒΛΟΣ ΔΕΥΤΕΡΗ.

Ο"Σσοις [1] δὴ Χριςῦ πολυυμνήτοιο μέμηλε
Πίςις μυςιπόλος, θαλεροῖς ἐμέθεν δακρύοισιν
Λεύσατε, ὄφρα μάθητε πόθεν τόσον ἐςί μοι ἄλγος,
Καὶ σάφα οἶδ' ὅτι ἴςε, ἀληθέα μυθέομαι γάρ.
Ἠ'δ' ὅσοι τέρπεσθε ἀεικέσιν εἰδώλοισιν
Πεύθεσθ', ἐξενέπω γὰρ ἐγὼν ἀπατήλια τῶνδε.
Οὐδὲ γὰρ, ὐδ' ἕτερός τις ἐν ἀνθρώποισιν ἐμοῖο
Ε"πλετο δύσθρησκος, ϗ δαίμοσιν ὡμάρτησεν,
Οὔτε δὲ μαψιδίων εἰδώλων ἔσκεν ὀπηδὸς,
Οὔθ' ὅπερ εἰσὶ μαθεῖν, ὔτ' αὖ μένος ἐςὶν ἐκείνοις.
Οὗτος ἐκεῖνος ἔφυν Κυπριανὸς, ὃν ποτε κῦρον
Ἡ'μέτεροι τοκέες δῶρον δόσαν Α'πόλλωνι.
Εἰσέτι νηπίαχος δέ τ' ἐὼν μάθον ὄργια θηρὸς
Νηδυπόροιο δράκοντος. ἔτος δ' ἐπὶ ἕβδομον ἐλθὼν
Μιθραίῳ Φαέθοντι πάλιν μετέπειτα τελέσθην,
Ὤικεον εὐγενέων δέ τ' Α'θηναίων πόλιν αἰπὴν,
Καὶ ναέτης γενόμην δὲ, ἐπεὶ τόδε ἥνδαν' ἐμεῖο
Πατράσιν, οἵ μ' ἔτεκον. δεκάτῳ δ' ἐπιβὰς λυκάβαντι
Δηοῖ δᾷδας ἀνῆψα, κόρης δ' ἀργεννὸν ἐπέςην
Πένθος. Α'θηναίης δ' ἥτις πόλιν ἐςὶν ἐς ἄκρην
Ῥ'έξα δρακοντείυς τελετάς· ζάκορος δὲ τελεσθεὶς

Ἡ'λ-

(1) In huius secundi Libri versione adornanda ita nos gessimus, ut lectionem Codicis sequuti, ab ea quoque, quoad fieri potuit, non discesserimus, quam exhibet S. Cypriani Confessio Graece-Latine edita in fine eius Operum edit. Paris. A. MDCCXXVI. fol. pag. 295. seqq. quum vel ipsam, vel ei quam simillimam prae manibus habuisse

DE S. CYPRIANO

LIBER II.

O Quibus est multo celebrati carmine Christi
Sacra Fides curae, lacrymas quas fundo recentes
Cernite, ne tanti lateat vos caussa doloris:
Cuncta licet (nam vera loquor) scio cognita vobis.
Quotquot & idolis animum oblectatis iniquis,
Accipite, ipsorum referam quas carmine fraudes.
Haud etenim, haud homines inter fuit alter inani
Relligione magis captus, vel vana sequutus
Fictorum simulacra deûm, vel qualis in illis,
Quantaque vis, vero potuit comprehendere sensu.
Sum Cyprianus ego, quem paene in luminis auras
Emissum Phoebo donum vovere parentes.
Inde puellus adhuc, didici sacra taetra draconis
Nedypori: tum me, vix septima vertitur aestas,
Mithraeo rursus Phoebo post talia sacrum
Nobilis excipiunt sublimes Palladis arces,
Civibus annumerantque suis: ita namque parentes,
Vnde satus, voluere mei: Cererique decennis
Accendi taedas, & luctum Virginis album
Sustinui: atque alta residentis in urbe peregi
Palladis anguineos ritus: & munus adeptus

Ae-

Eudocia, dum Poëma conficeret, censenda sit, ita utrumque Opus conferenti convenire inter se omnia, paucis exceptis, videntur. Ex hac igitur Confessione nonnulla interdum loca adferimus, ut interpretationem nostram quorumdam versuum, qui alium fortasse sensum praeferre prima fronte videantur, probare possimus.

Ἦλθον ἐς Οὐλύμποιο νάπος, τόγε δὴ καλέουσιν
Ἀγνῶτες μακάρων ἀμενηνῶν εἶναι ἔδεθλον.
Ἔνθα τινῶν ἐπέων ἦχον, καὶ δοῦπον ἄκουον·
Λεῦσα πόδας πρέμνους τε, ὅσον θαμβῆσαι ὀπωπὴν,
Ἅσπερ ἐπεσκόπεόν γε μάτην κακοδαίμονες αἰνοί.
Ἔνθ᾽ ὥρας κατίδον, καὶ ἀμειβομένους δέ τ᾽ ἀήτας,
Αὕτως δ᾽ ἤματα πολλὰ, τά πέρ τινες ἔνδον ἀνιγροὶ
Φαντασίην τεύχοντες ἀπηνέες ἀντιπάλαμνοι·
Καὶ χορὸν εἰσιδόμην μέγ᾽ ἀναιδέα μελπομένων γε,
Ἄλλους δ᾽ αὖτ᾽ ἐσ ὅμιλον ἀρήϊα ἔργα τελεῦντας,
Ἄλλων δ᾽ αὖτε λόχους, καὶ κέρτομα ἤθεα εἶδον,
Ἠδέ τε ἀτυζομένους· ἔνθ᾽ ἔδρακον ὅσσα θεάων
Καὶ μακάρων στίφη· αὐτοῦ γὰρ ἔμιμνον ἔγωγε
Ἤματα τεσσαράκοντα, καὶ ἄλλ᾽ ἐπὶ τοῖσι δέ τ᾽ ὀκτώ.
Ἔνθεν δὴ στέλλονται ἅτ᾽ ἐκ κρατερῶν βασιλείων
Πνεύματα ἠερόφοιτα ποτὶ χθόνα ἔθνεα πάντα
Ῥέζειν ὅσσ᾽ ἐθέλουσιν ἀεικέα οἷα κάκιστοι.
Ἦν δέ μοι ἐκ δένδρων θαλερῶν δαὶς ἀκροπέτηλος
Δυομένου Φαέθοντος. Ἐπὶ πέμπτον δέκατόν τε
Ἐλθὼν εἰς ἔτος αὐτὸς ὅλων πνοιῶν τε θεῶν τε
Ἧα διδασκόμενός γε παρ᾽ ἀνδρῶν ἱεροφαντῶν
Ἑπτὰ κέρ᾽, ἔργματά θ᾽ ὅσσα ἀθέσμοις δαίμοσίν εἰσιν.
Καὶ γὰρ ἐμοὶ γλίχοντο γονεῖς, ὅππως κε μάθοιμι
Ὅσσά περ ἐν γαίῃ τε καὶ ἠέρι ἐστὶ καὶ ἅλμῃ,
Οὐ μόνον ὅσσα πέλουσι κατὰ φθορὰν ἀνθρώποισιν,
Ἀλλ᾽ ὅσα καὶ θαλερῆς ποιῆς πέλει εὐπρέμνου τε
Φυταλίης, ὅσα τ᾽ ἀνδρὸς ἀκιδνότερον περὶ σῶμα
Εἰλεῖται, καὶ ὅσσα κακόφρων ἀντιπάλαμνος
Εὗρεν ὁ τῆσδε γύης ἀρχὸς, ὄφις αἰολομήτις,
Εἰς ἔριν ἀθανάτου βουλὴν μεδέοντος ἀτίζων.

Ἔν-

Aeditui, vanos perhibent ubi degere divos
Ignarae gentes, conſcendi culmen Olympi.
Verborum heic ſonitus audivi, & murmura quaedam;
Graminaque truncoſque, oculis mira omnia, vidi,
Daemones incaſſum quae ſervant omnia turpes.
Heic horas, ventoſque ſibi ordine ſuccedentes
Inſpexi, varioſque dies, queis nempe maligni
Immaneſque hoſtes falſa ſub imagine mentem
Ludificant. Caetum heic laſciva voce canentum,
Miſcenteſque alios inter ſe praelia vidi,
Quique dolis gaudent, quique in convicia proni,
Quique metus miſcent: heic & quaſcumque dearum
Adſpexi, divûmque acies: ibi namque moratus,
Dum biſſena quater Phoebi lux orbe refulſit.
Hinc velut e quadam mittuntur regiâ in orbem
Spirituum aëriae turmae, ut mortalibus aegris
Iniiciant quaecumque velint indigna malorum.
Tunc mihi erant tenerae plantarum fercula frondes
Sole ſub occiduo. Necdum tria luſtra peregi,
Quum vim ſpirituumque omnem, divûmque docebar
A myſtis ſeptem, queis turpia ſacra patebant,
Quotquot & illicitum ſpectent ad daemona curae.
Scilicet optabant me diſcere cuncta parentes,
Quae tellus, atque aura capit, pelaguſque profundum:
Nec tantum quaecumque hominum corruptio gignit,
Sed tenera ex herba quotquot, cultiſque viretis
Exſiſtunt, circaque hominis languentia membra
Verſantur; quot dira etiam male noxius hoſtis,
Conſilii varii ſerpens, qui huic praeſidet orbi,
Repperit, aeterni ſpernens decreta Tonantis.

Hinc

Ἔνθεν ἐς ἱππόβοτον θαλερὸν γενόμην κάτα Ἄργος,
Ἦν δὲ Τιθωνιάδος ἑορτὴ λευχείμονος Ἠῦς,
Μύστης δ' αὖ γενόμην, ϗ αὐτόθι ἥερος ἄλφω
Ἠδὲ πολυπτύχοιο πόλυ ϗ ἴσον ἄημα,
Συγγενίης δ' ὑδάτων, ϗ ευφόρβοιο ἀρούρης,
Ἠδ' αὖθις δροσερῶν ναμάτων εἰς ἠέρα δῖον.
Ἤλιδος ἄχρι δ' ἔβην, ϗ Ταυροπόλυ Κελαδεινῆς
Ἐν Σπάρτῃ δ' ἐσίδον βρέτας ὄβριμον, ὄφρα δαείην
Ὑλομενῆ πολύμορφον ἄγαν φύσιν [1], ἠδὲ μέταλλα,
Ψήφυς τε, γραφίδας τε, χαρακτῆρας δέ τε κόσμυ,
Γραιώδεις μύθυς τε. Αὐτὰρ Φρυγίης χθόνα βαίνων
Μαντιπόλος γενόμην πινυτὸς μάλα, ἐκ πραπίδων δὲ
Ἤπατος ὅσσα πέλυσιν ἐγὼν ἐδάην κατὰ μέσσον·
Ἐκ Σκυθέων δ' οἰωνὺς, σήματα ἠχήεντα,
Ἠδ' ἄρα ϐ ζώων καμπτὰς ἐπὶ τοῖσι πορείας,
Κληδόνας αἰζηῶν, τοί κεν τὰ ἔπειθ' ὁρόωσι,
Βομβὺς θυρατέων σανίδων, πετρῶν δέ θ' ὁμοίως,
Φωνὰς δ' ἐκ τύμβων πρόπαλαι κατατεθνηώτων,
Δῦπον δ' αὖ θυρέων, παλμὺς ϐροτέων μελεδωνῶν,
Ὄγκυς δ' αἱματόεντας, ὅσοι μέλεα χραίνυσιν,
Εὖτε δὲ μυρμήκων βρώμη κατὰ ἄψεα βαίνει·
Καὶ μύθων ὄαρυς, ϗ ἀριθμὺς αὖτ' ἐπέων γε,
Καὶ σαρκὸς ὁρατύς γε πόνυς, ϛήλας φύσιος δέ·
Ὅρκοι δ' ὅσσοι ἔασιν ἀληθέες, ἠδὲ ϗ ὐκὶ,
Ἠδὲ ϗ ὅσσα πέλυσιν ἐναντία μήδεα φωτῶν.
Οὐδ' ἔτι με χθονίων πρῆξις λάθεν ἠερίων τε,
Καὶ βυθίων, ὐ φάσμα πολύτροπον, ὐ κρύφιος νῦς,
Οὐ δολόεις, ὐδ' αὖ πολυμέρμερος, ὐδὲ τεχνήεις,
Εἴως ἠπεδανῦς ἀπάτης, ϗ αἰσυλοεργῶν [2],

Καὶ

(1) In dicta editione pag. 297. legitur: ὕλης μάθω ὕλης σύγχυσιν, ϗ διαίρεσιν, κ. λ.

Hinc me dives opum, nutrixque habet Argos equorum
(Tum forte Aurorae fiebant sacra nitenti)
Illic mysta iterum factus, quaenam aëris, atque
Multiplicis caeli constans concordia, novi,
Quae cum fecunda sit aquae cognatio terra,
Nec non cum puro pluviatilis aëre roris.
Elidis hinc terram veni, atque illustre Dianae
Tauropolae signum vidi Lacedaemone, ut inde
Materiae multas variasque addiscere formas,
Atque metallorum species, lapidumque, notasque,
Atque characteres, commentaque anilia possem.
Tum Phrygiam veniens, factusque ibi doctus aruspex,
Ex extis, medio fierent quae in pectore, novi:
Auguria e Scythiae populis, aviumque sonoras
Edidici voces, flexosque per aëra gyros,
Fatidicas iuvenumque, vident si postera, voces;
Quos sonitus pariter petrae, quos ligna, diuque
Mortua quas tumulis emittant corpora voces,
Ostia quos strepitus; queis curis palpitet intus
Fibra; cruentati foedent qui membra tumores,
Vt cum verrucae serpunt per viscera edaces:
Tum quos verba habeant numeros, quae vincula sermo,
Quos caro visibiles, physeos monumenta, labores;
Quae vero iurata animo, periuria quaeque,
Consilia atque hominum quae sint inimica quietis.
Me nihil in terra latuit, caeloque, marique:
Non varium monstrum, non abdita, sive dolosa
Mens, non arte valens, multisque obnoxia curis.
Quid quod & invalidas fraudes, & facta nefanda,
Cun-

(2) Ead. pag. 297. ἄχρι τῆς τῶν γραφῶν μεταφορᾶς μαγγανικῆς, καὶ τῶν τοιούτων ἁπάντων.

Καὶ τοίων πάντων ὅσ' ἐπὶ χθονὶ τῇδέ τ' ἔασιν.
Α'λλ' ὅτε δὴ μετὰ ταῦτα ἐεικοστοῦ λυκάβαντος
Ε'ντὸς ἔβην, τότε δὴ ζοφερῶν ἀνδρῶν ποτὶ γαῖαν
Αἰγύπτου ἱκόμην, καὶ Μέμφιδος οὖδας ἔτετμον,
Πειρήθην κἀκεῖσε ὅσον βροτῷ οὐκ ἔνι εἰκτόν·
Ω'ς χθονίοισι πέλουσιν ὁμόγνια, πῶς δὲ καλεῦνται
Πνεύματ' ἀπότροπα, ποίων δ' ἄστρων ἱμείρουσιν,
Καὶ θέμισιν δ' ἤπειτα, καὶ ἔργμασι· πῶς δὲ φέβονται,
Πῶς δέ τ' ἀμειδήεντα φυλάττουσιν ζόφον αὐτά,
Πνεύματα δ' οἷά γε τοῖσιν ἐναντία· ἠδ' ὅσοι ἀρχοὶ
Αἰνοτάτου Ε'ρέβοιο ἅμ' ἀντιθέων περ ἔασιν·
Η'δ' ὅπως ψυχαῖς καὶ σώμασιν εἴκελοί εἰσιν
Κτηνῶν καὶ νεπόδων, καὶ ὅσσ' αὐτοῖσι μέμηλεν,
Η'δ' ὅσα κεν ῥέζουσι· ταχὺς δρόμος, εἴδησίς τε,
Μνημοσύνη, τάρβος, τέχνη δολερὴ, ποδὸς ἴχνη,
Κρυπταδίη λήθη πολέων, καὶ ἔργματα δήμου,
Καὶ ὅσα εἴκελα τοῖσιν. Ε'κεῖ δ' ἔγνων τρόμον αἴης,
Ο'μβρων δ' ὑετίων γένεσιν καὶ δοῦπον ὁμοίως,
Οἶδμά τε γῆς πόντου τε, μιμήματα ἠύτ' ἀληθῆ
Α'θανάτου σοφίης ἰνδάλματα αἰὲν ἐόντα.
Κεῖθι μεγασθενέων καὶ μηκεδανῶν μεροπήων
Ψυχὰς εἰσενόησα γιγάντων αἰνοπελώρων,
Αἰνὰ πιεζομένας εἴσω ζόφου ἠερόεντος,
Φάσματι δ' οἷα μόνον γαίην κατὰ νῶτα φερούσας,
Η'ύτ' ἀνὴρ βαρύαχθος ἐπ' ὤμων δοῦρα φέρησι.
Εἶδον δαιμονίους ὀάρους, σκολιῶντε δρακόντων,
Πικρὰ δ' ἀήμαθ', ἅπερ χθονίοις εἰς οἶτον ἔασιν·
Ε'νθεν ἐπ' ἀνθρώποισιν ἰάλλουσιν περιφοῖται
Μυρία δαίμονες αἰνὰ περισπέρχοντες ἐς ὕλην.
Καὶ χθόνα μοχθίζουσαν ἐγὼν ὑπὸ δαίμονος εἶδον,

Μη-

Cunctaque cognovi, quae his ſunt aequalia terris?
Iamque aderat noſtro poſt haec vicenus ab ortu
Annus, quum populo colitur quae terra nigranti,
Aegyptum pergens, inveni Memphidis oram.
Illic tentavi humanas ſuperantia vires,
Quae cum terrenis cognatio, ſpirituumque
Averruncorum quaenam ſint nomina, queiſque
Legibus, ac rebus, queis delectentur & aſtris,
Vt fugiant, triſteſque habitent caligine denſa,
Quaeque his ſpirituum ſpecies contraria; quotque
Sint Erebi reges ſquallentis, ſemideique;
Vt iumentorum referant ſimul, atque natantum
Corporaque atque animas; quae cura exerceat illos,
Quaeque gerant: velox curſus, doctrina, memorque
Mens animi, pavor, ars fallax, veſtigia plantae,
Multorumque latens oblivio, factaque turbae,
Quaeque his aequa. Illic novi terraeque tremorem,
Nimboſaeque ortum pluviae, pariterque fragorem,
Et terrae pontique aeſtus; imitantia veras
Aeterni formas Verbi, ſemperque manentes.
Illic corporibus magnis, magnoque potentum
Robore vidi animas, immania monſtra! gigantum,
Aëris obſcura graviter caligine preſſas,
Et ſpecie tantum geſtantes tergore terram,
Qualis ligna ferens humeris ſub mole fatiſcit.
Heic cum daemonibus communio viſa draconum,
Heic & amarities, terrenis noxia rebus;
Vnde ope materiae huc illuc ſine lege vagantes
Daemones immittunt noſtrae mala plurima genti.
Heic ego vexatam pariter ſub daemone terram

Μηδέ τ' ἐφεξομένην ἐπὶ ὕδατος ἀςαθέοντος
Εἵνεκ' ἀναφορέων βάσεων δ' ὧν μοιρήσατο.
Ε῎φθασα κ̀ χώρην, ὅθ' ἀμείβοντ' ἀντιπαλαμνοι, [1]
Η῞υπερ ὄφις κατ' ἔριν θείȣ μένεός περ ἔτευξεν
Ε'ς σκολιὴν κακόχαρτον ὅλην βιοτὴν μεροπήων·
Ε'ξ ὧν πνεύματα πολλὰ πονείοντ' ἰσοθελύμνοις
Α'νδράσι δυσσεβίην χαμαὶ ἐρχομένοισι φέροντα.
Καὶ μὴν κεῖσ' ἐνόησα κακῶν ἔνοχον κατὰ νεῖκος
Ε'λθόντ' ἐξαπίνης ἀντ' εὐσεβέος μεροπῆος·
Μάργος δ' αὖ πινυτῷ, κ̀ ἰθυδίκῃ ὀλοὸς φώς·
Οὐχ, ὅσιον δέ τ' ἐκεῖ, ȣ̓ κεκριμένον πράγος ἐςίν.
Ε῎νθ' ἐσίδον ψεύδȣς πολυδαίδαλον εἶδος ἀτερπές.
Μαχλοσύνης τρίτυπον δὲ κακογραφίης ἔχεν εἶδος,
Αἱματόεν, περίκαυςον, ἀφρῷ κ̀ ἤπατι ἶσον.
Μήνιδος αὖτ' ἐσίδον τύπον πτερόεντα, ἀνιγρὸν,
Τρηχὺν, θηριόεντα. Α'τὰρ δόλον αὖτε δέδορκα
Συννεχέα, κρύφιον, δολεροῖς ἐπέεσσι κομῶντα.
Μίσȣς δ' αὖ ἐσίδον μορφὴν ςυγερὴν, ἀλαωτήν·
Ε'ς δ' ὄπιθεν κορυφῆς γλήνας πίσυράς κεν ἔχεσκεν
Φευγούσας φάεος περιλαμπέος ἀγλαὸν ὄμμα·
Μυρίοι ἐκ κεφαλῆς δ' αὐτῷ πόδες ἠώρηντο,
Μȣ̃νοι σμερδαλέοι· νηδὺς δ' ȣ̓κ ἦν ἐν ἐκείνῳ,
Νηλὴς γάρ τε πέλει, κ̀ ἄτερ σπλάγχνοιο πολεύει.
Ζῆλος, κ̀ φθόνος αἰνὸς, ὁμοίϊοι ἀλλήλοιϊν,
Α'λλά γε δὴ φθόνος ȣ̃λος ἄμῃ γλῶσσαν φέρει ἴσην.
Δυςροπίην δ' ἐσίδον λεπτὴν μάλα, εὖτ' ἀλίβαντα,
Ο'φθαλμȣ̀ς πολέας δέ τ' ἔχεν, γλήνας δέ τ' ὀϊςȣ̀ς,
Ε'σσυμένην πρὸς ἄμυναν ἀεὶ νόον, αὐτὰρ ἄπληςον.
Μορ-

(1) Ibid. p. 300. ἦλθον ἐν χώρῳ, ὅπου αἱ ἰδέαι τῶν μεταμορφώσεων

Adspexi, instabili numquam tamen aequore mersam:
Hanc etenim validae firmant fundamina basis.
Inde locum veni, varie mutantur ubi hostes,
Divino iratus quem robore condidit anguis
Pravam contra hominum vitam laetamque malorum.
Spirituum heic multus labor est, ut ad impia gentes
Quaeque trahant terris simili de stirpe profectas.
Illic cognovi, quanam ratione malorum
Conscius adversus sanctum vestigia ponat,
Prudenti insipiens, iusto concurrat iniquus.
Nulla ibi iudicii forma est, vis nullaque legum.
Heic variam, ingratamque gerunt Mendacia formam.
Exhibet at speciem malepicta Libido triformem,
Sanguineam, ambustam, spumaeque atque hepatis instar.
Irae etiam species pennis celer, aspera, tristis,
Effera visa mihi: tum Fraudis forma cohaerens,
Occulta, & verbis semper fecunda dolosis.
Heic mihi caeca Odii sese obtulit, atraque forma,
Quatuor aversa frontis cui parte pupillae,
Lucis vitantes radium, qui cuncta serenat:
Mille autem summo tolluntur vertice plantae,
Terribiles tantum visu; tum ventre carebat,
Sola etenim feritas illud sine viscere pascit.
Invidiae Zelique pares taetraeque figurae;
Dira tamen primae, falcique simillima lingua.
Nequitiam heic macie confectam, ut corpore functum,
Conspexi: huic oculi plures, ac tela pupillae,
Semper & exagitat mentem vindicta, nec explet.

L 2 *For-*

τοῖς δαίμοσι γόνατα, κ. λ.

Μορφὴν δαίμονος[1] εἶδον· ἔχεν δ' ἐφύπερθε κάρηνον
Στεινωπὸν, τανχόν τε· δύω δ' αὐτῷ ςόματ' ἦεν,
Ε῎ν μὲν ἐπὶ ςήθεσι, τὸ δ' αὖ ἕτερον κατὰ νῶτα,
Γαίην δαινύμενα ςερεὴν, πέτρας τε βαρείας,
Πεινάων κ̧ σάρκας ἄδην κακότητι τετηκώς.
Ο῎λβυ δ' αὖ φιλότητα[2] ἐγὼν ἴδον, ἁρπαλέον μὲν,
Καὶ δέμας ὀξὺν ἔχεν, φαίης δρεπάνην κα̣θορᾶσθαι,
Καὶ γλῆναι βλεφάρων αἰεὶ λήγυσαι ἔησαν.
Ε᾿μπορίην δέ θ' ὅμως κατίδον χθαμαλὴν, ταχύρεμβον,
Ο῎λβυ δ' ἐλπίδα πᾶσαν ἐπωμάδιον φέρε φόρτον.
Η᾿λεμάτυ μορφὴν δ' ἐσίδον· ἀγαθὸν δ' ἔχε θυμὸν,
Σάρκα τε πιαλέην, λευκόςεα δ' ὐκ ἔσαν αὐτῷ.
Εἰδώλων δ' ἐνόησα λατρείην ὑψιπότητον,
Ε᾿ν κορυφῇ δ' ἐφύπερθεν ἔχε πτέρυγας δύο πυκνάς·
Η῝ δόκεεν πάντας μὲν ἐπισκεπάειν, ἀτὰρ ὔτι
Οὐδὲ ἑῶν μελέων σκέπας ἔσθενε ποιήσασθαι.
Ε῎νθ' ἴδον ἀλλοπρόσαλλον ὑποκρίσεως βαρὺ δεῖμα,
Λεπτάλεον μὲν ὅλον, ςέρνα δ' ἔχεν εὐρώεντα,

Κρύβδην τηκόμενον, ἀνεμόφθορον, εὖτε δάϊζον.

Η᾿δὲ παραφροσύνης μορφὴν εἶδον· δύο δ' αὐτῇ
Η῟σαν ὁμοῦ φύσιες, ἀνδρὸς νέυ, ἠδὲ γυναικὸς,
Γυμνὸν, ἀναιδείης ἐντὸς, ἀλκῆς τ' ἀπάνευθε.
Καὶ προπετῆ ἐσίδον δυσδαίμονα, ὃς τανχήν γε
Γλῶσσαν ἔχεν πάντων μελέων πολὺ μείζονα πάγχυ.
Μάρ-

(1) Ita legitur in Codice, sed quomodo haec descriptio in Fortunam quadret, non video. Melius habet citata editio pag. 300. εἶδος ἀπληστίας, *speciem avaritiae*.

(2) Haec descriptio Tristitiae adscribitur loc. cit. Legitur enim: εἶδος γειτότητος ἐξ' ὅλον τὸ σῶμα ἔχον κατὰ τὴν ἅρπην, καὶ τὰς χέρας

Fortunae formam vidi, cui desuper arctum
Oblongumque caput, duplexque erat oris hiatus,
Alter pectus habet, post terga recluditur alter,
Duram ambo comedunt terram, atque immania saxa:
Carnibus atque inbians, occulta tabe liquescit.
Rursus opum, illa quidem furax, mihi visa Cupido:
Corpus acutum habuit, falcem spectare putares:
Claudebatque oculos languentibus usque pupillis.
Heic mihi Mercatura etiam vilisque, celerque,
Spemque omnem gestans auri, ceu pondus, in armis:
Ac Levitas visa est, miti quae praedita mente,
Carne quidem pinguis, verum caret ossibus albis.
Novi Idolorum Cultum, sublime volantem,
Nam binas capiti densas superaddidit alas;
Quique videbatur pennis involvere cunctos,
Nulla suis poterat tamen addere tegmina membris.
Novi & Hypocriseos variumque, gravemque timorem,
Quae tota exilis, spatiosum pectus habebat,
Quod tamen occulte morbus vitiabat iniquus,
Vt quae evanescunt vento disiecta per auras.
Heic quoque visa virens annis, & duplice constans
Femineoque marique simul Dementia sexu,
Nuda, pudore carens, atque omnis roboris expers.
Audacem vidi, cui forma miserrima, longam
Namque habet, & reliquo maiorem corpore linguam.

τῶν ὀφθαλμῶν ἔχον συνδυνούσας εἰς ἔκλειψιν: *Speciem tristitiae totum corpus acutum habentem instar falcis, & pupillas oculorum succumbentes, ita ut deficere videantur.* In notis vero subiicitur, pro γριπόκητος legendum videri γρυπότητος, vel γρυπότητος.

Μάργον δ' αὐτ' ἐσίδον, κεφαλὴν δ' ἔχεν ἶσα κάροιο,
Ψυχὴν χαυνοτάτην, ἔκπυςα δὲ πάντα τελεῦσαν.[1]
Πάντων δ' αὖ χαλεπῶν κεῖθι πράγος εἰσενόησα,
Εἶδος ὅπερ φορέοντες ἀεικέλιοι κατὰ κόσμον
Νείσοντ' ὀλόμενοι κακοδαίμονες αἰνοπέλωροι,
Πέντε καὶ ἑξήκοντα, κ̉ ἄλλοι τρεῖς ἑκατόν γε
Δαίμονες ἀργαλέων παθέων, οἵ κεν κρατέυσιν.
Καὶ κενοδοξίης, ἀρετῆς δ' ἰδόμην μέγ' ὄνειδος,
Αὔτως δ' αὖ σοφίης τε, δικαιοσύνης τε ματαίης,[2]
Ε῎νθεν ἄρ' Ε'λλήνων σοφίης ἄνδρας πλανόωσιν·
Εἰκόνα γάρ τις ὁρᾷ, κ̉ ἀληθείη φύγε πάμπαν·
Ω'ς σκιή ἐςιν ἅπαντα, κόνις τ' ἀχρήϊος αἰεί.
Ε'ν γὰρ τοῖσιν ἅπασαι ἐνεργοῦνται κακότητες
Ε῎ς γε πλάνην πολέων. Α'λλ' ὐ θέμις ἐςί μοι αὐτῷ
Τεύχειν ἄσπετα βύβλα· πολῶν ἄπο τύτθ' ἀγορεύσας
Δυσσεβίην κεν ἐμὴν ὔμμιν μετὰ πᾶσιν ἔειπον.
Α'λλ' ἔτι κ̉ τόδ' ἐρῶ. Ο῎τε δὴ τριακονταετῆρος
Η῎δη φὼς γενόμην, κυανῶν μερόπων λίπον ὖδας,
Χαλδαίων δ' ἱκόμην γε παλαιγενέων πόλιν ἀνδρῶν,
Καὶ μάλ' ἐπιστέρχων, δρόμον αἰθέρος ὄφρα δαΐην,
Ο'ν κ' αὐτοί φασιν ὖτοι ἐπὶ φλογεροῦ πυρὸς εἶναι,
Τύτων δὲ κριτοὶ ἄνδρες ἐπὶ φάεος νοέυσιν.
Ε῎νθεν ἐγὼν ἐδάην ἄςρων φύσιν ἀλλοπρόσαλλον,
Εὖτέ τις ἐκ καλύκων βοτάνην δρέψηται ἄπειρον,
Α'ςρῴας τε φάλαγγας ἐειδομένας πολέμοισιν.
Αὐτοὶ συγγενίας κ̉ δώματα δεῖξαν ἑκάςυ,
Η'δ' ἄρα τῶν φιλίην, αὐτὰρ βρώμην τε, πόσιν τε,
Καὶ νοερὴν φιλότητα τελισκομένην ἐπὶ φωτί.[3]

Αὐ-

(1) Ead. pag. 300. εἶδος μωρίας, κεφαλὴν ἔχον καρσίου, καρδίαν χαύνην διαχεομένην, καὶ μηδὲν βαςάσαι ἰσχύουσαν.

(2) Ead. pag. 300. εἶδη εἶδον ἐκεῖ καὶ τῆς κενοδοξίας, καὶ κενῆς ἀρετῆς,

Stultum etiam vidi, capitis cui multa gravedo,
Mollitiesque animi, nil occultare valentis.
Spirituum ast alium didici tunc ipse laborem:
Qua forma induti, tristes, & damna ferentes
Circumeunt totum saevi cacodaemones orbem:
Omnes tercentum, sexdeni & quinque fuere
Daemones affectu fortes, virtute potentes.
Ileic novi, quam sit turpis, probrosaque virtus,
Iustitia atque decus, nec non sapientia vana;
Queis homines fallunt Graecorum dogmate: nam quis
Vera fugit, sola contentus imagine rerum.
Omnia sic umbrae cinerique aequantur inani;
Omnia namque istis patrantur crimina rebus
Multorum in fraudem. Sed non licet omnia longo
Carmine complecti. De multis pauca recensens,
Impia vos omnes docui mea crimina. At illud
Fabor adhuc. Ter dena virum me fecerat aestas,
Littora quum linquens nigris habitata colonis,
Chaldaeam veni, clarorum stirpe virorum
Insignem quondam, ut cursum scirem aetheris omnem,
Quem gens illa quidem consistere in igne fatetur,
At res qui melius noscunt, in luce reponunt.
Inde ego naturae astrorum discrimina novi
(Ut qui e folliculis decerpere noverit herbas)
Sidereasque acies, belli simulacra gerentes;
Quae cuiusque domus, quae sit cognatio, quodque
Foedus amicitiae, quinam potusque cibusque,
Et rationales coitus in luce peracti,

 Ipsi

καὶ κενῆς σοφίας, καὶ κενῆς δικαιοσύνης, κ. λ.

(3) Ibid. pag. 301. καὶ συνουσίας νοερὰς ἐπὶ φωτὸς ἀνθρώποις τελουμένας.

Αὐτοὶ μοίρας δεῖξαν ἐμοὶ πόλυ ἀργυρόεντος
Πέντε ϗ ἑξήκοντα, ϗ ἄλλον τρὶς ἑκατόν γε.
Ἦν δέ τις αὐτοῖσιν ὁρατῆς φύσεως συνέριθος, [1]
Καὶ σκῆψιν τολύπευον, ἀγῷ δ' ἐπίθοντο ϗ αὐτοὶ,
Μῆτιν δὲ πρῦφαινον ἀπ' αὐτῶν ϗ πόρον οἷον,
Κεύθοντα [2] κρυφίων πολυμέρμερον αἰὲν ἀνωγὴν,
Ἐκ δὲ θυηπολίων μειλίγματα μοῦνον ἔχοντα·
Ἄλλα δὲ οὐκ αἴνεσι, ϗ οὐ σπονδῶν ἀλέγουσιν,
Ἀλλὰ μόνον φάεος τοῖσιν μέλει εὐρώεντος.
Ἀλλὰ ϗ ὥς ἐσίδον, ζοφερῆς οὐ εἵνεκα βουλῆς
Βαῖνον πειθόμενοι, ὅππως φάεος μεταδῶσιν
Ἄστρασιν οὐ φαέθουσι κεραννύμενοι κατὰ βαιόν.
Θάμβος ἔχεν δέ με πάμπαν, ἐπεὶ μεσάτου ἐσόπωπα,
Ὅττι κεν ἠερίοις ζοφεροῖς ὄλβοιο μέμηλεν.
Καὶ θέμιδας δ' αὐτῶν μεγάλως θάμβησα νοήσας,
Ἅσπερ μεσάτιον θέντ' ἀλλήλοισιν ἔσεσθαι,
Ὅρκους πιστοτάτους γε φυλασσόμενοι κατὰ θυμόν.
Κεῖθι ϗ εὐσεβίη, φιλίη θ' ἅμα, ϗ ταχυτῆτες,
Καὶ μῆτις σφεδανὴ, ὄφρ' ἀλλήλοισι μιγεῖεν,
Ἥνπερ ἀγὸς κατέλεξε κακοῤῥαφίης ὑποθήμων·
Καὶ πινυτοὺς γὰρ ἔτευξεν, ἀπ' ἠέρος εἰρύσας ἄσθμα,
Γλῶσσαν δ' εὐεπίης, γαίης ἀπὸ φυτοκόμοιο,
Ἐκ δέ γε νερτερίων, δολομήχανα πάντα διδάξας.
Ἔνθεν βαλβίδα κόσμου ὅλην κατερύει ἐπιθήσας,
Καὶ φύσιος λελάθεσθαι ἄτερ [3] Θεοῦ εὐσεβέοντος.

Κω-

(1) Totum hunc locum valde obscurum, a verſ nimirum 191. ad verſ 20[illegible] hiſce verbis pertractat editio pag. 301. οὗτοί μοι διείλαντο αἰθέρα τρόποις τριακοσίοις ἑξηκονταπέντε, ϗ φύσιν ἕκαστον ἔχοντα κοινωνὸν ἐνεργείας ὑλικῆς, ϗ συμβουλίᾳ χρωμένους τῇ τοῦ ἄρχοντος διαταγῇ, καὶ παραμηνύοντα τὴν βουλὴν τοῖς κινήμασι, ϗ κρύπτοντα μυστικὴν ἐντολὴν, ϗ

Ipsi etiam nitidi docuerunt segmina caeli ,
Quorum ego tercentum , quinque & sex dena notavi .
Res erat humanas circa labor omnibus unus ,
Hinc & opus glomerare , ducisque facessere iussa ,
Consiliumque , omnemque operis praetendere finem
Intenti , toto celabant abdita iussa
Pectore , deque sacris tantum placamina habebant .
Ast alii haud parent , libamina nullaque curant ,
Gaudentes tantum spatiosi lumine caeli .
Vidi etiam , quare tenebrarum adduxerit ipsos
Consilium , stellas , nullo quae lumine fulgent ,
Sensim participes infusae reddere lucis .
Tum stupor incessit magnus , tenebrosa malorum
Agmina spirituum gazas curare videntem .
Nec minus obstupui leges & foedera noscens
Mutua , queis statuunt ipsorum quemque teneri ,
Omnia servantes animo iurata fideli .
Heic amor , heic pietas , heic festinatio , & acre
Mentis consilium , ut quam dux , rectorque coëgit ,
Illius veniant pravae in consortia fraudis .
Namque catos reddit , puro si ex aëre in illos
Insufflet , si frugiferâ e tellure , disertos ,
Si tandem e Stygiis , fraudes informat ad omnes
Naturae , mundique dehinc confinia cuncta
Invadit , cultuque Dei seducit aperte .

Omnia

πειθόμενα λόγοις πραγματικοῖς τοῖς ἐκ θυσιῶν, καὶ σπονδῶν· τινὰ δὲ μὴ πειθόμενα, ἀλλὰ διάθεσιν τηροῦντα πρὸς τὴν βουλὴν τοῦ φωτός.

(2) Subintelligo πνεύματα.

(3) Ms. habet ἀτάρ.

Κωτίλλων γὰρ ἅπαντα ἐς ἐμπορίην κατέθηκε,
Πάντα δέ γε σκεδάσας ἀλίτης κρατέει ἐπὶ γαίην.
Αὐτῷ μοι πείθεσθ', ὅτι δαίμονα ἔδρακον αὐτὸν,
Λοιβαῖς κ̧ θυσίαις μειλιξάμενος πολέεσσι.
Πείθεσθ', ὅττι κ̧ αὐτὸν ἰδὼν ἐπέεσσι προσηύδων,
Καὶ φιλίων ἐπέων κείνε κλύον· ἐν δέ με πᾶσιν
Ἤΐθεον προσέειπε καλὸν φύσει, ὥσπερ Ἰαμβρὴν,
Μύσην δὲ κρατερὸν, κείνε ἀντάξιον ἔργων.
Καὶ δή μοι κατένευσεν ἀγὸν κόσμοιο τελεῦσαι
Αὐτῷ συμπονέοντα, ἐπεὶ βιοτῆς ἴδεν ἔργα.
Ἔνθεν κυδαίνων με κακῶν στίφος ἐγγυάλιξε
Λυπρὸν δαιμονίων, κ̧ ἐκθρώσκοντι ἔειπεν·
Κυπριανὲ, κρατερός τις ἔφυς βροτὸς· ἐκ δὲ καθέδρης
Ἀνστὰς πρῦπεμψεν· θάμβος δ' ὀρόωσι παρέσχεν,
Ἔνθεν ὁμῶς γεραροί με τίον κείνε μάλα πάντες.
Μορφὴν δὲ χρυσῷ ἰνδάλλετο ἀνθεμόεντι [1],
Μαρμαρυγῇ γληνῶν κομόων· κορυφῇ δέ τ' ἔπειτα
Στέμματ' ἔχων πλοχμοῖσιν ἀρηρότα κ̧ λιθάδεσσιν,
Ὧν σέλας ἀγλαΐῃ κείνην κατεκόσμεε χώρην·
Κόσμος δ' εἶμαθ' ὅμοιος· ἀτὰρ στρεφθεὶς χθόνα σεῖε.
Κύκλῳ δὲ κλισμῶν πολέες στάσαν ἀσπιδιῶται,
Μορφὰς ἐς ὕδας ἔχοντες, ἀρηρότες εὖτε φάλαγγες.
Ἀστράπτων κατὰ κεῖνο πέδον, Θεὸς ὡς ἐν Ὀλύμπῳ,
Τείρεσι παμφαίνων, φυτηκομίην δ' ἐπαίξων,
Πᾶσιν δ' οἷσπερ ἔτευξε Θεὸς πανομοίϊα τεύχων,
Ἀθανάτῳ κρατέοντι ἐριδμαίνων ἁγίοις τε.
Ἔνθεν γὰρ δόκεεν νόον ἀνδρῶν ἠπεροπεύειν,
Οἷς δὲ μάλ' ἠπεδανὸς κενεὸν σκιόεντα τελείων,
Ἐκ τῦ δαιμονίη μορφὴ πέλεται πανάϊστος.

Καὶ

(1) Ibid. pag. 304. ἦν δὲ τὸ εἶδος αὐτοῦ ὡς ἄνθος χρυσίυ, κ. λ.

Omnia in emporio per fraudem namque locavit,
Cunctaque dispergens terrae dominatur iniquus.
Ipsum quin etiam, mihi credite, daemona vidi,
Multis demulcens sacris, libamine multo.
Credite, nec vidi tantum, sed & eius amicos
Audivi, retulique sonos: praeque omnibus ille
Ingenuum iuvenem, atque alium me appellat Iam-
Ac fortem mystam, dignumque laboribus eius.(brem,
Quin & curarum socio, post cognita vitae
Gesta meae, regnum mihi totius annuit orbis.
Me decorans ergo, caecam commisit, & atram
Spirituum turbam, atque abeunti talia dixit:
Vere animo, Cypriane, vales; meque inde cathedra
Deduxit surgens: mirari cuncta videntes,
Illius & proceres magno me prosequi honore.
Ast erat huic species auri florentis adinstar,
Luce pupillarum radians: capitique corona
Crinibus intexta, & claris ornata lapillis,
Quae totum fulgore locum replebat: amictûs
Par ornatus erat: seque illo terra movente
Contremuit: multi solio, velut apta caterva,
Scutiferi adstabant, & humi fixa ora tenentes.
Ille locum illustrans totum, ceu Numen Olympo,
Sideribus fulgens, terrae vim frugibus indens,
Omniaque effingens divinâ condita dextrâ,
Cum superis, summoque audet contendere Rege.
Hinc etenim putat humanas illudere mentes,
Sed vanas potius producit debilis umbras,
Ex quo spirituum species dissolvitur omnis.

(Scili-

Καὶ γὰρ τοῦτο μέμηλεν ἀεικελίοισιν, ἐρᾶσθαι,
Καὶ μετὰ δὴ σαρκὸς τελέειν μένος. Ἔμπεδον ὥσπερ
Ταῦτα δέοι, λοίβῃ καὶ κνίσσῃ πάντα δίδωσι·
Ἐξ ἱερῶν καπνὸν γὰρ ἐς ἠέρα πουλὺν ἰόντα
Αἱ σκιαὶ ἑξόμεναι ζοφοειδέες εἰρύουσαι,
Οὗ δέμας ἀμφιέσαντ᾽, ἅτε φάρεα δαιδαλόεντα,
Ἢ ὡς εἴρια καλὰ, λίνοιό τε λεπτὸν ἄωτον.
Νηῶν δ᾽ ὑψορόφων σκιοειδέα φάσματα πολλὰ
Ἀντὶ δ᾽ ἀληθείης τὸν δ᾽ ἠέρα δύντες ἔχουσιν.
Τοὔνεκα καὶ μύρμηκος ἐκεῖ χρήζει γε θυηλῆς,
Ἀλλά γε καὶ ὕδωρ, πέσκη δ᾽ ἅμα, ἠδέ τε καρποὺς
Αἰτίζει, καὶ πάνθ᾽ ὅσα φέρβει γαῖα τιθήνη,
Ὄφρα γε φαντασίην μούνην μερόπεσσι φαείνῃ.
Ἠΰτε τεθνάτων μορφὰς κατὰ θυμὸν ὁρῶμεν,
Καὶ λαλέειν δ᾽ αὐτοῖσι δοκείομεν οὐ παρεοῦσι·
Τὼς [1] καὶ ἀντιπάλαμνος ἐὸν ἀναμάσσεται εἶδος
Μυστιπόλων· τό κεν οἷσι πρόσω πᾶσιν ἀμφιτίθησιν,
Μορφαῖς τ᾽ εἰδώλων, οἷσιν σθένος οὔποτ᾽ ἔνεστιν·
Ὄμβρον μὲν χεύων δῆθεν πολὺν, οὐδέ τ᾽ ἀληθῆ,
Πυρκαϊὴν τελέων χιόνος κρυερῆς πανομοίην,
Ἰχθὺν δ᾽ εὖτε διδοὺς ὁράαν μόνον, οὔτι πάσασθαι,
Χρυσὸν τ᾽ αἰγλήεντα κακῆς πενίης συνέριθον.
Ἀλλὰ καὶ ὑλήεντα μιμούμενος ἔργα, τελείει
Ἄστεα, καὶ θαλάμους, καὶ εὐδένδρους πλαταμῶνας,
Καὶ νάπεα σκιόεντα, καὶ ἣ βροτὸν ἔτρεφε πάτρη,
Ῥήγεα δ᾽ ἀνθεμόεντα, τάπερ βροτοὶ ἐκτελέουσι,
Δαίμοσιν αἱμοβόροις σκιοειδέα πάντα φέροντα.
Τὼς καὶ νυκτιπόροι ἡδὺ κνώσσουσιν ὁρῶντες·

Ἀλ-

(1) Ibid. pag. 304. οὕτω καὶ ὁ διάβολος τῶν ἀφιερωμένων αὐτῷ τὰς

(Scilicet id curat vilissima turba, videri,
Corporeaque suas sub imagine promere vires.)
Firmiter ut vero liget haec, libamina praestant
Nidoresque: etenim e sacris qui multus in auras
It vapor, hunc umbrae prensantque trahuntque sibique
Circumdant, multo ceu pallia texta labore,
Aut pulcras lanas, aut tenvia vellera lini;
Multaque sublimes divûm referentia sedes
Pro veris simulacra gerunt, solo aëre cinctae.
Propterea formicae etiam libaminis illic
Indiget, atque undas, fructusque, & vellera lanae
Postulat, & quaevis alma tellure creantur,
Vt species tantum vanas mortalibus edat.
Ac veluti functorum animo simulacra videntes,
Interdum adfari longinquos voce videmur,
Sic etiam e sacris sibi formas exprimit hostis
Rebus, easque suis satagit circumdare cunctis,
Atque Idolorum, queis vis est nulla, figuris.
Hinc multos fundit, fictos tamen, aethere nimbos,
Quaeque nives referunt gelidas, incendia miscet,
Quosque oculis videas pisces, non gutture gustes
Dat, nitidumque aurum, sed cui comes improba egestas.
Materie solidos imitans sed & ipse labores,
Oppidaque, & thalamos, & consita littora plantis
Efficit, umbriferumque nemus, patriosque penates,
Quaeque homines formant, diversi strata coloris,
Omnia sanguivoris fingunt quae daemones umbris.
Talia conspiciunt pressi gravitate soporis

No-

μορφὰς ἐνατυπούμενος, ἑαυτῷ τε, καὶ τοῖς ἑαυτοῦ περιτίθησι, κ. λ.

Ἀλλὰ πολυπλανέος τάδε δαίμονος ἀντιθέων τε,
Καὶ [1] δυσεβῶν μερόπων ἔργον τόδε μιαροθρήσκων.
Ἀλλά γε τίπτε πάθω, ὅτι βουλόμενος τρομέεσθαι
Οὐρανίωνα Θεὸν, δεδαὼς κρυεροῖο δράκοντος
Ἰσχὺν νεκροτάτην, καὶ ἀγηνορίης κενότητας,
Κεύθομαι ἐς ζοφερὸν γύαλον; κούρης ἁγίης γὰρ
Ἔγνων παρθενικῆς ἀπὸ σεπτοτάτης κεν Ἰούσης,
Δαίμονες ὡς μάλα πάγχυ ἀνάλκιδες ὧδε πέλουσιν.
Πὰρ γὰρ τῇδε δέδορκα περιστόνοον, φολιδωτὸν,
Ἄσπετα φυσιόωντα, πελώριον, αἰνοδράκοντα,
Ἀλλ' οὐδ' ὡς κώνωπος ἔχεν μένος οὐτιδανοῖο.
Ἔγνων παρθενικῆς ἀπὸ σεμνοτάτης τὸν ἄνακτα
Εὐχόμενον μάλα πολλὰ, ἀληθέα δ' οὔποτε [2] δρῶντα.
Ἀλλὰ τόσον κεν ὄφιν μούνη ποσὶ κάββαλε κούρη.
Ὢ πόποι, ὁ κρείων δὲ πολυπλανέων εἰδώλων
Θηλυτέρης θυρεῶν ἀπεχάζετο ἔνδοθι βαίνειν,
Ἐκπάγλως τρομέων· ὃς φάσμασι τοσσατίοισιν
Κεκλόμενος, τὰ θύρετρα βαλεῖν οὐκ ἴσχυσε κούρης.
Ὃς πάντων δοκέων κρατέειν ὑπεδάμνατο κούρη.
Ὃς γαίην κλονέειν ἐθέλων ὑπόειξε γυναικί.
Ὃς πολυμέρμερον ἦτορ ἔχων οὐ κάββαλε κούρην·
Ὃ ζαβόροιο λέοντος ὁμῶς βοσρεῖν γε νομίζων,
Καὶ πάντας φοβέειν, κώνωψ ἅτε ἐν προδόμοισι
Παίζετο θηλυτέρης. Περσῶν ὅτε γὰρ λίπον οὖδας
Εἴως Ἀντιοχουπόλεως [3] Συρίης μέγα ἄστυ,
Θαύματα πολλὰ τελῶν τέχνης μαγικῆς ὑπὸ δεινῆς,
Τοῖς μὲν ἔρωτος ἄκος παρέχων, τοῖς δὲ φθόνου αὐτὸς,
Καὶ ζήλου συγερῶ, κακίης δ' ἧς σαρκὶ μέμηλεν·

Ἔν-

(1) In Cod. δυσσιβῶν.
(2) Ms. habet δράκοντα.

Noctivagi: verum peragit vafer omnia daemon,
Genſque inimica Deo, cultuque obſtricta nefando.
Quid tamen haec doleo, quum iam caeleſte vereri
Ipſe volens animo Numen, dirique draconis
Infractas vires, faſtumque edoctus inanem,
Vſque tamen tenebris iaceam demerſus in imis?
Ipſe etenim novi veneranda ex virgine Iuſta,
Nullam daemonibus virtutem prorſus ineſſe;
Squamigerumque, ipſa vidi monſtrante, ſagacem,
Grandia ſpirantem, immanem, horrendumque draconem;
At nedum culicis monſtrantem robora vilis.
Quin etiam, dum multa mihi promitteret olim
Tartareus princeps, docuit ficto ore loquutum
Virgo, quae tantum pede contudit una colubrum.
Papae! Idolorum fallacia monſtra gubernans
Virginis abſtinuit clauſos penetrare penates,
Mirifice trepidans: qui tantis imperat umbris,
Virginis anguſtum haud potuit perfringere limen:
Qui cunctis dare iura putat, femella ſubegit:
Qui terram quaſſare ſolet, ſub virgine ceſſit:
Multa movet qui corde, puellae eſt viribus impar:
Qui putat horribilis mugire leonis adinſtar,
Et cunctos terrere, culex velut ante puellae
Luditur oſtiolum. Perſarum at littora linquens
Antiochi Syriae magnam proficiſcor ad urbem:
Multa ubi patravi magicas miranda per artes,
His zeli tribuens, illis medicamen amoris,
Invidiaeque aliis, & quae caro curat iniqua.

Heic

(3) Quae heic innuuntur tantum Cypriani apud Antiochenos magicae operationes, eas pluribus verbis perſequitur editio pag. 305.

Ε'νθα τις Α'γλαΐδης ἐρατὸς μάλα λιϛόμενός με,
Εὖτ' ἄλλοι πολέες, γυνάζετο εἵνεκα κούρης
Τἄνομ' Ι'υςίνης, ὅππως φιλότητι μιγείη.
Ε'νθεν ἐμοὶ δαίμων [1] πρώτως ἀπατήλιος ὤφθη.
Καὶ γὰρ ὅσων ϛιχέων ἦρχον, περὶ παρθένον ἁγνὴν
Η'λθον ἀολλισθεῖσαι, ἀνήνυτοι ἂψ ἐνέοντο.
Α'λλὰ ϗ Α'γλαΐδῃ ἐπαμύντορα δεῖξεν ἄϊϛον
Πίϛις παρθενικῆς, ἠδ' ἀδρανέα μιν ἔθηκεν.
Πολλὰς δ' Α'γλαΐδαο ἀΰπνυς νύκτας ἔχοντος,
Μαγγανίας δ' ἐμέθεν, ϗ νείκεα ἀντιβίοιο,
Ε'πτ' ἐπὶ ἑϐδομάδας, ϗ ἄλλας τρεῖς μετὰ ταύτας
Δαιμονίης γε φάλαγγος ἀγὸς σὺν ἑοῖσιν ὀπηδοῖς
Η'λυθε παρθενικῆς ἐναντίβιον πελεμίζων.
Οὐ γὰρ μοῦνον ἔρως νέον Α'γλαΐδην ἐδάμαζεν,
Α'λλ' ἄρα ϗ κραδίης ἐμέθεν ψαῦσεν μενεαίνων.
Θάμβος δ' ἦν ὁράαν τόσσων ϛίχας ἀντιπαλάμνων
Κούρης δαμναμένων εὐχῶν ὕπο, σύν τε δράκοντι.
Οὐδὲ γὰρ ἡμέτερον [2] Βελίαρ πόθον εἶχε χαράξαι,
Καίπερ πολλὰ μάλ' αἰνὰ καθ' ἡμείων πελεμίξας.
Τῶδε γὰρ ὧδ' ἐρέειν, εἴ σοι τόσον κράτος ἐϛὶ,
Λωφήσειεν ἔρως πραπίδων ἀπὸ ἡμετεράων,
Ο'φρα κε μαψιδίως τόσ' ἄλγεα μήτι πάθωμεν·
Καὶ δή μευ κλύοντος ἔφη ἀετῷ [3] μεδέοντι
Μαχλοσύνης ῥέζειν ἅπερ ἔννεπον· ὃς δ' ἐτέλεσε
Πολλὰ μάλ', ὐδέ τι τῶνδε παροίτερον ἤνυσεν ἔργον.
Δεῖξε δὲ κοιρανέων, σθεναρωτέρη ὅττι φύσις γε
Α'ν-

(1) Ms. πρῶτος.

(2) Aglaidae nimirum, & Cypriani. Ita vero legitur pag. 308. ἀλλ' οὐδὲ τῆς ἐπιθυμίας ἡμῶν τρέψαι ἠδυνήθη ὁ διάβολος, καίπερ πολλὰ παραστὰς ἐπιτηδεῦσαι.

Heic procus Aglaidas quidam (quae plurima turba)
Acceſſit ſupplex , cuiuſdam captus amore ,
Nomine Iuſtinae , thalamo hanc ſibi iungier , orans .
Daemonis hinc primum nobis innotuit aſtus .
Irruit in caſtam nam tunc ſtipata puellam
Tota cohors , cui iura dabam , ſed inanibus auſis
Verſa retro . Aglaidae patronum oſtendit inermem
Virginis alma fides , & inanes reddidit auſus .
At vigil Aglaidas multas perducere noctes ,
Multa ego dum magice tento , cum daemone multa
Contendens : tandem hebdomadis bis quinque peractis
Cum ſociis cunctis Stygiae dux ipſe phalangis
Venit virgineo moturus praelia cordi .
[Scilicet haud ſolum Aglaidam ſubiecit ephebum ,
Sed noſtra iratus tetigit quoque corda Cupido]
Mirum erat Inferni tantas ſpectare catervas
Virginis edomitas votis , unaque draconem .
Haud etenim noſtrum potuit depellere amorem ,
Nil quamvis Belial in nos liquiſſet inauſum .
At tibi (ſic aggreſsus ego) ſi tanta poteſtas ,
Fac amor e noſtris abſcedat , quaeſo , medullis ,
Ne tantos fruſtra cogamur ferre dolores .
Tunc Aquilam , Veneri qui praeſidet , omnia dicta
Me coram complere iubet : tentavit at ille
Multa quidem , ſed nil optato fine peregit .
Hinc patuit , monſtrante Deo , plus omnibus unam

(3) Quum heic Aquilae nomine fornicationis daemonem indigitare videatur Eudocia, maſculino genere efferendum in verſione Latina exiſtimavimus.

Α'νδρομέη πέλεται πάντων ςυγερῶν βελιήρων·
Α'λλὰ φύσιν ἀνέρος κεν ὅτ' ἀκμάζουσαν ἐφεύροι,
Δὴ τότε δὴ μεγάλα φρονέων βρενθύεται ἦτορ,
Οὐκέτι δὴ μερόπων ὀρόων βιοτήσιον ἄνθος,
Α'λλ' αὐτῷ σφετέρῳ ἐπὶ κάρτεϊ κῦδος ἀνάπτει.
Εὖτέ τις ἠπεδανὸς, ϗ ἀμφιγύης πολεμίζει
Ι'´ππῳ ἐφεζόμενος εὖ εἰδότι θούριδος ἀλκῆς,
Αὐτῷ οἱ μέγα κῦδος ἐπαρτήσας μάλα χαίρει.
Α'ρχομένοισι νέοις γὰρ ὅταν φιλότης ἐπαΐξῃ,
Εὖτε πυρὸς φλογερῦ σφεδανώτερος ἀτμὸς ἀέρθῃ.
Η'ν δ' αὖ μοι μέσατον ϗ ἀντιβίων μέγα νεῖκος,
Αὐτοὶ δ' ἀλλήλοισιν ἐπὶ δηρὸν πολέμιζον·
Καὶ τότ' ἀταρτήροισιν ἐγὼν ἐπέεσσι δράκοντα
Ε'´ννεπον· ὅττι γε θᾶσσον ἐὸν ἀπολεῖ μέγα κῦδος.
Ο'ς [1] δέ τ' ἄναυδος ἔμιμνεν ἐὴν ὁρόων κακότητα.
Πολλὰ δέ μιν κλονέων μεγάλ' ἤπυον· ὃς δὲ ἕκηλος
Η'´ιε γινώσκων [2] μεῖον σθένος, ἠδ' ἀμενηνός.
Καί ποτε τοῖον ἔτευξε, τὸν Α'γλαΐδην ἀπατήσας,
Η'´γαγε παρθενικὴν, ϗ αἶψα δόλος γε φαάνθη·
Οὐ γὰρ Ι'υςίνης σεπτῆς μελέεσσιν ἐῴκει.
Ε'´νθεν ἐγὼ τὰ ἕκαςα μαθὼν ςυγέεσκον ὄφιν γε.
Δὴ τότε ϗ ψογερῶν μερόπων ἀρχὸν μεταβάλλει,
Κάλλος ὅμοιον ἔχοντα σαόφρονος Ι'υςίνης.
Ω'ς δ' ἦλθ' Α'γλαΐδαο μάλα σχεδὸν, εἶπε γεγηθὼς,
Χρύσεον εὖ μόλε κάλλος Ι'υςίνης περιπύςυ.
Ω'ς δ' ὀνόμηνε κόρην, δαίμων φύγεν οὔνομ' ἀκούσας,
Καί νύ κεν Α'γλαΐδης τρομέων, τάχος ὤλεσε θυμόν.
Ω'ς φί-

(1) Ms. δὴθ' ἄναυδος.

Inferni monstris naturam posse virilem:
At si quando hominem florentem viribus ille
Inveniat, tunc magna movens in corde superbit,
Haud illum humanae florem ratus esse iuventae,
Deque suo tantum tribuit sibi robore famam.
Vt forti qui vectus equo, bellique perito
Bella gerat, mutilus tamen ipse, & claudus utrinque,
Atque sibi magnum tribuens exsultet honorem.
Namque ubi crescentes iuvenes fax carpit amoris,
Ceu vapor ardentis vehemens attollitur ignis.
Sed mihi cum Stygiis bellum fuit hostibus acre,
Mutuaque inter se miscebant praelia dudum.
Tunc ego probrosa compellans voce draconem,
En tua magna, inquam, subito ceu fumus in auras
Fama perit. Propriam cernens obmutuit ille
Nequitiam. Magnis implens clamoribus auras,
Instabam misero, qui se virtute minorem
Agnoscens, tacitus convicia cuncta ferebat.
Dein tale aggressus facinus, si fallere posset
Aglaidam tentans, vanam pulcramque puellam
Illi deduxit; subito at comparuit astus:
Nam nullos Iustae referebat virginis artus.
Haec ego cuncta videns, serpenti dira precabar.
Tunc pravorum hominum regem, sapientis habentem
Iustinae similem formam, transmittit ad illum;
Qui laetus, propius venienti talia dixit:
Salve, Iustinae celebris forma aurea, salve.
Nec plura: audito Iustinae nomine fugit
Daemon, & Aglaidae mens protinus excidit omnis.

M 2 *Ipse*

(2) Ms. μειών.

Ω῏ φίλοι, αὐτὸς ἔγωγε τελειομένῃσι παρήμην
Τῇσι κακοῤῥαφίῃσιν, ἐγὼ κούρης πόθον οἶδα
Ε'ς Θεὸν ὑψιμέδοντα, ἀναλκίην τε δράκοντος,
Αἴσχεα σὺν κείνῳ καταδέγμενος, ὕποτ' ἰαύων,
Παρβεβαὼς παρεόντι, γυνὴ δ' ἐξ ἀνδρὸς ἐτύχθην,
Καὶ πτερόεις ὄρνις· ὡς δ' ἐν προδόμοισιν ἔβαινον,
Φάσμα μὲν ᾤχετ' ἄϊςον, ἀτὰρ πάλιν αὐτὸς ἔμιμνον
Κυπριανὸς μαγίῃσι πεπιθμένος ὑτιδανῇσιν.
Οἶδα τὸν Α'γλαΐδην τεύξας πετεεινὸν ἔγωγε·
Υ'ψόσε δ' ἐν τέγεϊ κύρης ἐλθὼν ἐκάθητο.
Ω'ς δ' ἀπὸ φωτοφόροιο θύρης σεπτὴ βάλεν ὄμμα
Παρθενικὴ, κείνη μὲν εὔπτερον ὤλεσεν ὄρνιν.
Αὐτὸς δὲ πότμοιο πύλας ἤμελλε κιχῆσαι,
Κάμμορος ἐςηὼς, εὖτ' ὄρνεον ἄκρον ἐπ' αὐτὸ,
Εἰ μὴ τόνδ' ἐλέηρε καλὴ κύρη πινυτόφρων,
Η῾ καὶ παρφασίην ἀγαθὴν μυθήσατο τῷδε,
Ο῎φρα μεθ' ἡσυχίης τρομέων Θεὸν οἴκαδε μίμνοι.
Ε'κ δ' αὐτὸν προδόμοιο τάχος χάζεσθαι ἀνώγει.
Οὐ νῦσος δ', ὐκ ἄλγος, ἀνιηρὸν δέ τι ἄλλο
Δάμνατο παρθενικήν· ἃ γὰρ κακὰ μυρία τῇδε
Ω῎ρσε κακοῤῥέκτης δαίμων· τοκέες δ' ἄρ' ἐκείνης,
Ι'ητρῶν βιότοιο παραιφαμένων τέλος εἶναι,
Μύροντ'· ἡ δ' ἀγόρευεν, ἐμοὶ φίλοι ὦ γενετῆρες,
Οὔπω μόρσιμόν ἐςι τέλος θανάτοιο ἐπισπεῖν,
Α'λλ' ἄλγος κραδίης γε πάρεςί μοι, ὐ μελέων δὲ,
Εὖτε δ' ἀπ' ἠερόφιν πυρόεις ἀτμός τις ἐπελθὼν
Σμύχει ἐμεῖο δέμας· ᾗ ἄλλα δὲ πόλλ' ἐπὶ τοῖσιν
Παρθένυ ἠϊθέοιο καθ' ἅψεα χεύαμεν ἄμμες·
Η῾ δέ γε Χριςοφόρῳ ςαυρῷ κατενήρατο κείνυ
Ι῎α πολυπλανέος κακοδαίμονος ἀντιπαλάμνυ.

Α'λλ'

Ipse ego, dum fierent molimina talia fraudum,
Ipse aderam, socii; mihi virginis ardor in alte
Regnantem Dominum, atque ignavia visa draconis.
Namque ibam adstanti iunctus, par ferre coactus
Dedecus, & vigiles curas, nunc femina factus,
Nunc volucris: sed prima domus vix limina inibam,
Ficta recedebat species, Cyprianus & ipse
Rursus eram, vana magiae confisus in arte.
Aglaidam vidi, quum nostra protinus ales
Factus ope, in summa consedit virginis aede;
Ipsaque per nitidam spectans veneranda fenestram
Perdidit obtutu pennatam virgo volucrem.
Mortis tunc adytum fuerat visurus apertum
Infelix, veluti celsis stans ales in auris,
Ni prudens, ac pulcra illum miserata fuisset
Virgo, bonis hominem monuit quae vocibus usa,
Vt placidus maneatque domi, timeatque Tonantem;
Nec mora, vestibulo gressus educere iussit.
Nulli illam morbi, nulli domuere dolores,
Non quaevis adversa: malis nam millibus illam
Perfidus impetiit daemon: maestique parentes,
Quum medici vitae canerent accedere finem,
Lugebant. Caris contra genitoribus illa,
Nondum fatalem mihi fas attingere mortis
Finem; sed quidam cordis, non corporis angit
Me dolor, ac veluti vapor igneus aëre missus,
Hic mea membra cremat. Nova nos tunc addere primis
Multa malis, castaeque artus cruciare puellae.
Omnia Christifero signo tamen illa dolosi,
Atque reluctantis contundere tela draconis.

Ἀλλ' ὅτε οἱ γενετῆρας ἐπιστήσας κάκ' ἔοργα,
Πώεα μὲν κτείνας, καὶ βουκόλια, ϗ ὄρνας,
Αἶψα δὲ παρθενικὴ κείνων παρέπειθε νόημα,
Μὴ ἄχθεσθ' ἐπὶ τοῖσιν, ἐπὶ τυτθοῖς δὲ γάνυσθαι,
Ὅττί κεν εὐλογέοντος ἀκηράτου ἄσπετα ἔσται.
Μηνιθμὸς κούρης γὰρ ὁμώλακας οὐ λάθεν αἰνὸς,
Αἰζηῷ δ' ἐκέλευον ὅσον τάχος ἐγγυαλίξαι
Παρθενικὴν ἀροῖσιν ἀληθέσιν· ἀλλὰ νεῆνις
Σταυρῷ Χριστοδόκῳ σθένος ἐς τοκέων νόον ἧκεν.
Ἀλλ' ὅτε ϗ δήμῳ μαλερὸν λοιμὸν κατέπεμψε
Δαίμων, ϗ χρησμόν γε περικτιόνεσσιν ἔηκεν,
Μὴ πρὶν λωφήσειν κότον ἄσχετον, ἄχρις Ἰούστην
Ἐς λέχος Ἀγλαΐδης ἀγάγοι τάχος, ἣ θέμις ἐστίν.
Ἀλλὰ βοὴν δήμου, Χριστοῦ κατέπαυε θέραπνις
Εὐχωλῇς ὁσίῃσι, ϗ ἄστεος ἤλασε λοιμόν.
Ἔνθεν πειρηθέντες ὅσοι πόλιν ἀμφινέμονται,
Χριστὸν μὲν κύδαινον, ἐμοὶ λώβην δ' ἐπέχευον,
Ὡς κείνης πόλεως ὀλοφώϊον ἄνδρα πέλοντα·
Ἐκπάγλως δέ με πάντες ἀπέστυγον· αὐτὰρ ἔγωγε
Ἤϊον αἰδόμενος πηοὺς, πολιήτας ἅμ' ἄμφω.
Ὑστάτιον δ' ὁρόω σταυροῦ μένος ὅσσα ἔοργεν,
Ἐν φρεσὶ τοῦτο νόησα, κακῷ δέ τε δαίμονι φάσκον·
Ὤϊμοι ὀλοΐϊον ἔρνος, ὅλων δωτὴρ ἀθεμίστων,
Δυσσεβίης γύαλον, ψυχὴν τί μευ ὧδ' ἀπάτησας,
Οὐτιδανὸς καὶ ἄνικυς ἐὼν, ὡς οἶσθα ϗ αὐτός;
Εἰ γάρ σε κρατερῶς μοῦνον σκιὴ ὧδε δαμάζει
Ἀθανάτοιο Θεοῖο, τί ῥέξεις ὁππόταν ἔλθοι;
Εἰ Χριστοῦ κλῆσιν τρομέεις, τότε τίπτε τελεύσεις,
Εὖτε τεὰς πρήξεις, ϗ οὐλοὰ ἔργα μετέλθοι;
Εἰ σκόλοπος θείου σε μένος τόσον γε χαλέπτοι,

Αὐ-

Aerumnis tunc ipse novis vexare parentes
Virginis, occidens mulos, armenta, gregesque.
Ast illos dictis hortari nata benignis,
Talibus haud doleant, tenui sed sorte fruantur,
Nam bene mox dicente Deo satis ampla futura.
Virginis interea haud latuit gravis ira propinquos,
Iusseruntque omnes iuveni cito tradere corpus
Virgineum vera in connubia: sed Cruce, Christum
Quae excepit, vires animo addidit illa parentum.
Tum vero immittens populo contagia daemon
Finitimis responsa dedit, non ante furentem
Posse iram extingui, donec Iustina trahatur
Illico in Aglaidae thalamum: sic poscere iura.
Sed populi voces sanctis ancilla Tonantis
Sedavit precibus, pestemque ex urbe fugavit.
Talibus edocti cives ad sidera Christum
Tollebant, ac me cuncti velut illius urbis
Exitium probris cumulabant millibus unum,
Dirisque urgebant odiis: hinc ora pudore
Suffusus, simul adfines, civesque verebar.
Ipse crucis tandem vires, portentaque cernens,
Idque animo versans, his adfor daemona dictis:
Heu fatale genus, tantum largitor iniqui,
Nequitiae barathrum, cur menti ficta dedisti
Verba meae, imbellem te noscens ipse, pigrumque?
Si te immortalis vincit tam fortiter umbra
Sola Dei, quidnam facies, quum veneris ipse?
Si Christi metuis nomen, quo denique pacto
Sustineas ipsum, tua quum mala puniet acta?
Si potis est sancti ligni te frangere virtus,

Αὐτοῦ κεν παρεόντος ὅπῃ σέθεν ἴχνια θήσεις;
Εἰ σφρηγίς σε ἄλαλκεν, ἄρ' ἐκ παλάμης τότ' ἐκείνυ
Πῶς δύνασαι κρατερῆς μέροπας ῥύσασθαι ἀνάγκης;
Οὐδὲ γὰρ, οὐδὲ φάλαγγα τόσην λάχες, ὥς κεν ἀμῦναι.
Α'ρτι πολυπλανέος τέχνης σέο εἴμ' ἐπίϊςωρ,
Καὶ σέο φαντασίην μάλ' ἐπίςαμαι, οἶδά σε νωθρόν.
Μαψίδιον δὲ μόνον κ̀ ἐπημάτιον σέο δῶρον.
Οὔτε τεὴ βυλὴ παγίη, ὃ μῆτις ἀρίςη.
Α'τρεκὲς ὐδὲ ἕν ἐςιν, ὅπερ Θεῦ ἄντα τελείεις.
Φάσματα δ' εἰσὶ μόνον, κ̀ ἀχλύϊ πάντα ἔϊκτα.
Ω'λεσας ἡμετέρην κραδίην, κ̀ ἐλπίδα πάμπαν,
Καὶ λογικῶν πραπίδων πολυμέρμερον ἤλασας ἐσμόν.
Αὐτὰρ ἐμὴν βιοτὴν κακίῃ [1] κατεδάρψαο δεινῇ,
Καὶ φύσιν, ἥνπερ ἐγὼ λάχον, ὤλεσας ἐγμασίοισι.
Η'λιτον ἐκπάγλως φρένας ἐκ σέο ἠπεροπευθείς.
Α'φρων, ὃ δυσεβὴς γενόμην, σοι πάνθ' ὑποείξας.
Μαψιδίως σοφίην δὲ μάθον, προτέρων δέ τε βύβλυς.
Σοὶ δ' ἐπιπειθόμενος ςερόμην κτεάνων τε κ̀ ὄλβυ.
Σὺν πλύτῳ τοκέων δὲ κ̀ ἄσθματος εὖνιν ἔθηκας.
Εἰ πτωχοὶ δὲ τόσα, ὃ ἀκτέανοι φάγον ἄνδρες,
Ο'σα διώλεσας αὐτὸς, ἀθέσμιε, νῦν τάχα τυτθὸν
Εὐμενέτην Θεὸν εἶχον ἐπ' ἐλπωρῇσιν ἐμῇσιν.
Οἴμοι τίπτε με τόσον ἐλυμήνω, κακοεργέ;
Αἰνῶς τρύχομαι, ὥςε ἀνίατα πείραθ' ὁρῶμαι.
Καὶ γὰρ δὴ νεκὺς ἦα, δοκήσει δ' ἐν βιόωσι·
Πολλῶν δὲ κτεάνων ὠνησάμενος μάλα τύμβον,
Πυθμένας [2] ὐδὲ θεῶν, μέσφιν θανάτοιο πέρησα.
Α'λλά γέ μοι θέμις ἐςὶ Θεῦ θεράποντας ἀγαυὺς
Λίσ-

(1) Ita Ms. pro κατεδαρδάψαο, a κατεδαρδάπτ

Adventante ipso, tua ubi vestigia figes?
Si te signa fugant, poteris tunc quomodo forti
Illius e dextra captas educere gentes?
Haud etenim, haud tibi tanta cohors, qua obsistere posses,
Obtigit. Errorum plenas iam funditus artes,
Et fictas teneo species, te expertus inertem.
Tu quidquid nobis largiris, inane fugaxque.
Haud tibi consilium certum, haud sententia recta;
Veraque nulla, Deum contra quae, stulte, laboras,
Sed tantum spectra, ac tenebris aequalia cuncta.
Per te cor periit nostrum, spesque excidit omnis,
Atque in mente gravis curarum concita moles.
Tu mihi nequitia vitam discindere prava;
Tu mihi naturam pessumdare fraudibus ausus.
Heu nimium incautam mentem malus abstulit error.
Impius, & stultus, tibi cedens omnia, factus.
Doctrinam frustra didici, librosque priorum.
In te confisus, carui gazisque, bonisque;
Cumque opibus patriis, animae quoque parta ruina.
O utinam quae in te perierunt, perfide, multa,
Haec ego pauperibus potius vescenda dedissem:
Forte meis faustum votis modo Numen haberem.
Hei mihi! cur me adeo laesisti, pessime? magno
Conficior maerore, videns nescire medelam
Vulnera; nam rebar, quum vere mortuus essem,
Vivere, divitiisque parans mihi busta profusis,
Nec barathrum cernens, ipsum me morte peremi.
Sed mihi iam Christi famulos orare fideles,

At-

(2) Ms. ἐν θεῷ.

Λίσσεσθ', αὐτὰρ ὁμῶς καὶ εὐσεβέας μάλα φῶτας,
Ὄφρ' ἐλέου οἴκτου τε τύχω· σεπτῆς δ' ἔτι παιδὸς
Ἴχνια πιστοτάτης μάλ' Ἰουστίνης γε κύσαιμι,
Ὅππως ἂν βιοτῆς ἐμέθεν πέρι καλὰ νοήσοι.
Φεῦγε Σατὰν δολομῆτ', ἀθέσμιε, αἰνοτύραννε,
Ἀτρεκίην στυγέων, καὶ εὐσεβίην ἀθερίζων.
Ὃς δὲ χολωσάμενος κρατερῶς κτανέειν μ' ἐπόρουσεν,
Πειρήθη δ' ὅσον αὐτῷ ἔην σθένος, αὐτίκ' ὀλέσσαι
Ἐκ φάρυγός με λαβών· ὡς δ' οὐκέτι εἶς παρέην μοι,
Οὐδέτι μιν θάνατον φυγέειν δόκεον, καὶ ἀλύξαι·
Πιστοτάτης κούρης σημήϊον ἐς νόον ὑμὸν
Σταυροῦ παμφανόωντος ἐπήλυθεν, [1] ὧπερ ἐνίκα,
Ἔφρασα δ' εὐχόμενος, κυδρῆς μεδέων Θεοῦ κούρης,
Ἔλθ', ἐπαλέξησον· καὶ αὐτίκα χεῖρα τάνυσσα,
Καὶ τύπον ἰκρίοεντα ἐμοῖς μελέεσσιν ἔθηκα.
Αὐτὰρ ὁ φεῦγεν ὄπισθεν ἅτ' ἐχθρώσκων τις ὀϊστὸς,
Ἠπείλει χαλεπῶς δ' ἔγχος κραδάων κατ' ἐμεῖο.
Καὶ τότ ἐγὼ Χριστοῖο λαβὼν σφρηγῖδος ἐρωὴν,
Θάρσυνος ἦα μάλιστα, βοῶν θαμὰ καὶ Θεὸν αὐτόν.
Δὴ τότ' ἀλαστήσας προσεφώνεε θὴρ κακόβουλος
Χαζόμενος· Χριστός σε πολύλλιτος οὔτι σαώσει
Ἡμετέρης παλάμης κεν, ἐπεὶ στυγέει δυσεβῆας.
Ἄρτι δὲ τυτθὸν ἀρήγει, ὅπως μετόπισθε δόλῳ γε
Πότμῳ λευγαλέῳ σε παραπλάγξας ἀπολέσσῃ.
Εὖτε δὲ καλλείψει σε, τότ' εἴσεαι οἷά σε ῥέξω.
Σὺ κράτος ὑμὸν ἄμερσας, ἐμοὺς Χριστὸς γὰρ ὀπηδοὺς
Οὐ δέχετ' ἐνδυκέως· δύο δ' ὤλεσας, ὦ κακόδαιμον,
Πρῶτα μὲν ἡμετέρην φιλίην· καὐτὸς δέ τε σωτὴρ
Οὐ πάντως ὀνίνησιν. Ἐγὼ δέ τε τῶνδ' ἐσακούων

Μύ-

(1) Ms. ὅπερ.

Atque pios homines certum est, si forte malorum
Obtineam veniam: fidaeque accedere supplex
Iustinae, sanctis atque oscula figere plantis,
Vt mihi vivendi rationem curet honestam.
Vade Satan fallax, exlex, & dire tyranne,
Aufuge, contemptor veri, pietatis & osor.
Tunc rabidus, mortemque minans in me irruit ille,
Viribus & quantis pollet, me perdere tentat
Faucibus arripiens: aderat mihi nemo, nec ulla
Iam mortem vitare fuga me posse putabam:
Quum mentem subiere meam fulgentia sanctae
Signa crucis, queis vincebat fidissima virgo,
Clamavique precans: Clarae Deus alme puellae,
Adsis, adfer opem: atque extendens illico dextram
Signa meis posui confidens lignea membris.
Tunc daemon retro fugit, velut acta sagitta,
Effuditque minas, atque in me spicula torsit.
Ast ego tunc Christi repletus robore signi
Audebam magis, atque magis, Numenque vocabam.
Tunc malesuada dolens emisit bellua tales
Ore sonos: Non te Christus vel multa precantem
Nostris eripiet manibus: namque odit iniquos.
Nunc paullisper opem tibi fert, ut postea fraude
Te circumducens fato male perdat acerbo.
Quum te destituet, quid agam tunc ipse videbis,
Imperii spretor nostri: me quippe sequutos
Haud recipit Christus: gemina tum denique flebis
Clade miser, mea perdideris quum foedera, & ipse
Haud ultra Christus te iuverit. Haec ego dicta

Μύθων, αἰνοτάτως περιδείδιον, ὄττι με τοίοις
Ἠλεμάτως ἐπέεσσιν ἀταρτηροῖσι προσηύδα.
Ἔνθ᾽ ὑμῖν, φίλοι ἄνδρες, ὅσοι στόνον ἴστε ἐμεῖο,
Φημὶ ἐμὴν λυτρὴν βιοτὴν, ὄφρ᾽ εἰσορόωντες
Τεύξατ᾽ ἐλημοσύνην, καὶ ἐννέπετ᾽ εἴ μοι ἔνεστιν
Χριστὸν μειλίξασθ᾽, εἰ ἐμῆς ἄξιοι μετανοίης,
Ἠδ᾽ ἐπαλεξήσει μοι, ὅπως φύγω αἰνὰ κέλευθα,
Ὧν ἐδάην τὸ πάρος. Πληθὺς θ᾽ εἴως δ᾽ ἔχε σιγὴν,
Ὄψε δέ μοί τις ἔειπε διαπρύσιόν γε βοήσας.

* * * * * *

ΤΕΛΟΣ.



Aure bibens, totus rigui formidine; namque
Addens probra minis, tumido responderat ore.
En vobis, gemitus nostros qui scitis, iniquae
Explicui vitae iam tempora, ut illa videntes
Vos tangat pietas, socii: vos dicite, Christum
An placare queam, meque audiat ipse dolentem;
Detque mihi horrendas, queis ante insistere novi,
Deseruisse vias. Heic omnis turba silebat,
Dum quidam clara tandem sic voce loquutus.

* * * * * *

FINIS.





